Paride
Pironeo
Versi
Latini
Italiani

289

Paridis Pironei
Schedæ
Tum Latinæ, tum Italicæ

Paris Pironeus inter Mansionarios Ecclesię Utinen.
anno 1661. Occūrit in Docum.to quod publici ~~utinensis~~ juris factum
fuit in causa Capituli contra Parochos. Prima del 1763. p. 93.

D. Ongaro

Acroama

In Amplissimum Perillustrium ac Rever. D.D. Canonicorum Aquilejensium Collegium

Celsa cano Superi, laudum monumenta, virosque
Conspicuos, quorum magnum spatiata per Orbem
Fama nitet late, nomenque reportat ad astra.
Vos precor, ethereum magno, qui numine Coelum,
Fulgentesque polo stellas, ac cuncta movetis,
Auxilium coeptis solio demittite ab alto.
Pectora sollicito nutant tremefacta pavore;
[Nil sine Coelicolum nutu mens inchoat altum
Turbida] terrificoque labant sub pondere mollis.
Nec minus interea vos o clarissima secli
Numina, magnorum nomenque decusque parentum
Ductores trepidi per amica silentia cantus
Augustas facilesque vias concedite posco.
Involvens nemorum frondes, ac florea rura,
Turrigeras Urbes, Neptuniaque arva silenti
Nox umbra medios Coeli conscenderat axes
Agresti placidos animalia stramine somnos
Languida carpebant, teneris defessaque stratis
Laxarant homines jucunda membra quiete.
Quum volucer somnus positos exceperat artus,
Ac subito simulacra modis volitantia miris
Visa mihi ante oculos trannantibus aera pennis,
Astrigera nostris aula succedere tectis,
Meque per auricomas evectum ~~per~~ ad sydera Zonas
Aureolis regum thalamis inferre Deorum.

Hic

Hic ego dum meditor stellati regis Olympi
Purpureis mecum penetralia picta lapillis,
Clara quibus radiant sacrarum stemmata rerum.
Attonitus nitidum roseo fulgore sacellum
Prospicio, Superis quo non prętantius ullum
Quod rutilis multa cum luce refulgeat astris
Tum vero ardebam scitari , et quęrere caussas
Quid vaga perspicuis portenderet alta smaragdis
Machina, quisve coloratis pavimenta figuris
Lucida flammivomo circum variaverit auro.
Fulgidus interea gemmis, insignis et ostro,
Heroum magna superum comitante caterva,
Ante omnes graditur, radiantibus undique signis,
Divus in ętereis lucens Hermcora pratis,
Ut me conspexit venientem lumine pulchro
Candidus aggreditur dictis, et talia fatur.
Quandoquidem o iuvenis celebres cognoscere fastus
Pectore tantus amor, [Divum pater, atque hominum rex
Nunc mihi olympiacas permisit dicere pompas,
Altaque laurigeris aperire palatia portis]
Summa sequar, paucis, animum converte, docebo.
Aurea quę fulgent croceo delubra pyropo
Inclita portendunt operosis stracta columnis
Templa verenda Deum. miro insignita decore
Eximia pietate viris, qui Cęsaris Urbes,
Mortiferoque colunt Aquileję moenia bello
Diruto, spumantis gelida regione Timavi

Ille ego qui primus posui fundamenta templis
Iura, Magistratusque legi augustumque senatum.
Ille ego qui populis late miracula Coeli
Pandens fulmineo tremendę cuspidis ictu,
Procubui, Divum tepidas collapsus ad aras
Qui tandem Aligerum turma inter amoena Deorum
Concilia elatus, meritis pro talibus Heros
Indigetum accepi gestamina magna virorum.
Floruit inde Ducum coetus, generosa propago,
Splendida progenies Ducum, iustissimus unus
Qui fuit in terris, et servantissimus ęqui.
Plurimus, haud ulli veterum virtute secundus,
Hinc alto genitus Coelo venerabilis ordo
Affulsit multis fama memoratus in oris.
Verum hic, ętherea superans qui vescitur aura,
Conspicuoque nitens tendit vaga sydera supra
Nomine, tantum alios inter caput extulit omnes,
Quantum capta solent inter mancipia Reges.
Ut vero egregias animi cognoscere dotes
Possis, nunc adytis mecum succede repostis.
Tum sacra portarum roseis florentia sertis
Carbasa panduntur thalamis, et numina acantho
Conspicio vestita genas, niveisque ligustris
Talia cum placido ipse effudit pectore dicta
Fulgida regali renitens regina corona
Purpureoque premens diademate tempora culta
Quę solio rutilat teneris redimita hyacinthis

Relligio

Rellígio est superas terris demissa per auras
Coelitibus magnos celebri qui laude penates
Templaque fulgoribus veterum memoranda virorum
Sydereis attollunt arcibus incremento.
Sępe in honore Deum meritis fulgentia donis
Instaurat delubra, virum monumenta priorum
Parietibus magnis, oneratque altaria fastu
Carmine dulcisono divina poemata pangens.
Irradians niveo vultum gemmata colore.
Chrysolito insignita comas pulcherrima virgo
Quę dextris fulget catthedris pręstantibus armis
Alma Iovis fertur proles Astręa Tonantis,
Tempore, quę rubeo pręfulserat igne vetusto,
Aurea cum prisco late regnato Saturno
Sęcula mortalibus fulvo illuxere metallo.
Hęc gentes rigida contundere morte superbas
Aestuat ac diris nocuos frenare catenis.
Impia, si quis in ęthereos committere Divos
Crimina contemptor potuit, portentaque sęva,
Immanis, scelerisque nefas audere profanus
Tum rapide sęvit poena fulgentibus ęqua
Lancibus, et turpis noxas ulciscitur atrox.
Iaspide quę lucet teret clarissima lęvis
Sedibus, auricomos matrona interlita guttis
Crines, pectoribus demissa monilia collo
Cui pendent, humerosque tegunt radiantia claris
Flammea Beryllis, clementia Diva vocatur,

Parcere

Parcere supplicibus facilis veniæque parata.
Rapida suave nitens insignia clara virorum
Muneribus cumulat magnis, opulentaque bonis
Præmia magnanimo defers nitidissima vultu.
Nam secus ac vernans, segetum ditissima terra
Magna parens frugum, populis Cerealia dona
Crispaque progenerat flaventibus hordea culmis,
Nec sterili patitur durescere semina situ.
Vix ea fatus erat, cum summi culmine tecti
Cornua multisono strepuerunt aerea cantu;
Continuo auditæ voces, clangorque tubarum,
Ignea quæ liquidi complerunt atria Coeli
Tunc lustrans oculis circum sermone parabam
Exquirere, et caussas sonitus tentare latentes
Talia sed vates melico prior edidit ore.
Immensus superum clamor late omnia complens,
Fulgida præsagit celebris præconia famæ,
Quæ rapido stridens cum murmure celsa virorum
Stemmata dimensum cecinit delata per orbem.
Italiam primo volitans comitata rumore
Nuncia præclaro complevit nomine passim,
Hinc subito volucris magnam pennata per Urbem
Quas Phoebus nitidum prospectat in æthera surgens,
Oceanumque petens curru circumspicit Orbe
Occiduo, celeri volitavit lucida cursu.
Nunc sub stelliferas extremis didita terris
Arces attollit sublimi vertice sacrum

Clara

Clara caput validis convexi pondera Coeli
Sustentans humeris, virtutibus inclita miris,
Non aliter rutilos gestans quam maximus Atlas
Axes, Coeliferis, Divorum Aulęa lacertis.
Hęc ubi dicta dedit divino ex ore Sacerdos,
Extemplo Coelum resonat clamoribus ingens
Lętis, excutior sonitu, somnusque refugit.
Lucida dum mecum astri lucis insignia volvo
Coelitibus delata vobis rutilantia stellis
Exultans animo exultantia fundere verba
Cogor, et ingeminans voces expromere lętas.
O Fortunatas nimium gentesque beatas
Quas fatum properans et ineluctabile vitam
Felices voluit tranquillo carpere cursu.
Cum vos, Coelicolum soboles demiserit alto
Omnipotens regno humana sub imagine terris
Ut turpes hominum cultus fulgentibus apte
Artibus insignes pulchro illustretis honore.
Romuleos sileat fastis romana superbis
Urbs Cives, resono quos iactat in ęthera plausu,
Pompilios, Grachos, Marios, fortesque Catones.
Flammigeris illi gemmis simulacra Deorum
Barbara sub tecto falsi velamine cultus
Ornarent, nitidisque operosa altaria pompis
Extruerent tinctis croceo suffulta columnis
Murice vulnificus flammo-compulerat ardor
Eximios ut opes, fastigiaque alta tenerent

Artibus

Artibus infandis. Superum memorabile nomen
Astrorumque decus vobis præcordia tangit
Relligioque micans celsi quę limina Coeli,
Ac vitreas reserat portas bipatentis Olympi.
Jam miseris tandem optatę mortalibus aurę
Crebrescent, niveoque exundans copia cornu
Profluet, armorumque fragor, fera bella quiescent.
Candida pax populis summo fulgebit amore,
Tellus amoena feret segetes, frumentaque lęta
Agricolis spumans madidis vindemia labris
Dulcia vina dabit, venient ad mulctra capellę
Uberibus gravidis aberunt immunia bruta
Dira leęna, lupus, rabies vesana Draconum
Pinguibus a stabulis invisa fugabitur orbe
Fraus, radiis virtus roseis generosa virebit
Omnipotens cursusque dabit fortuna secundos.
Coelica nam vestris Divorum inflectere votis
Numina fas vobis, nec non mortalia sacris
Jungere Coelicolis validoque innectere nexu.
Regnator Superum solio sublimis in alto
Fulgida sceptra tenens vobis fastigia rerum
Inter tot proceres Coeli permisit habenda.
Ast quis erit, super, tantarum stemmata laudum,
Quas vix terra capit pelago circumdata vasto,
Qui digne referat claris celebranda tropheis
Ardua se magnis attollit gloria factis
Coelo, stellifero eluens aurata theatro,

Miraturque

Miraturque cohors, veneranda corona Deorum
Lętitia plausuque vago nunc Itala tellus
Consonet, et totus plaudat dulcedine mundus.

Nobili ac formoso Adolescenti
Anagrama
super nomine ejusdem
Non visus, non, tela in juvenes iacit

Liquerat auratos thalamos Tithonia conjux
Et roseo Phoebe ventrice clara torum.
Oceano Titan radiis fulgebat Eoo,
Jam Coelo nitidis astra fugarat equis.
Formosę incolis texebant lilia Nymphę
Et Dryades niveis florea serta comis.
Tunc Venus aeriis delata per ęthera pennis
Moenia Romuleo Cęsare structa Duce
Forte sub umbrosa puerum conspexit acantho
Puniceis vinctum tempora culta rosis
Talis in Idalia rutilat vagus urbe Cupido,
Talis Hylas gracilis, cum Ganymede Paris.
Talis Narcissus, quo non pręstantior alter,
Talis conspicuo latmius ore rubet.
Ille etenim rapidos ignes jaculatur ocellis,
Cui sacra cęsaries illita rore nitet.
Edidit ęthereo genitrix dilecta Tonante
Crinibus Anna micans, pulchrior Anna Dea.

Non

Non visus, non, ast tela in iuvenes iacit intus,
Saucia quo venis Cypria vulnus alit.
Tędia Nate tui, generosi tędia Martis
Alterius vires abstulit alter amor.
Vidi prępetibus volucrum descendere bigis
Miratam calido membra tepere foco
Constitit, exceptumque sinu sic fatur amore
Percita, tu mihi vir, tu mihi natus eris.

In laudem Illustrissimorum D.D.
Danielis, Alphonsi, et Iacobi Antonini

Annibalem Carthago, Ducem fert Roma superbum,
Indigetem pompis Attica docta virum.
Edidit hęc tandem veterum monumenta virorum,
Ac majora quidem stirps generosa Deûm.
Clarus erat Daniel Martis, studiisque Minervę,
Annibal in castris, Nobilis Hannoforo,
Finibus Italię Venetos, Sanctumque Senatum
Evehit Alphonsus stemmate gentis honos,
Haud secus Imperij fastigia celsa tropheis
Julius insigni nomine ad astra tulit.
Maximus eximia procerum virtute Iacobus
Emicat egregia fascibus, Urbe novis.
Dotibus ęthereis Cives, populumque beavit
Quas sacro docuit candidus ore Solon.

O vera

O vera Herōum soboles, hęc Iulia fama
Diditur, hęc Venetūm cura, salusque Patrum.
O Felix Utinum, felix Respublica, vobis
Enitet in bello Cęsar, in Urbe Solon.
Annibali Patruo surgit novus Annibal infans
Inclytus iste armis, inclytus iste toga.

1616. 10 Martii In funere antedicti Danielis

Effera progenies populare palatia Coeli
Coeperat, et summi clara Theatra Jovis.
Coelicolum Regis gemmata aulea Tonantis
Intrarat superum victa, fugata Cohors.
His Divum pater atque hominum commotus ab alto
Insignem spoliis vidit in orbe Ducem
Quem Maja genitus prępetibus extulit alis,
Hastamque, et clypei tegmina tuta dedit
Quas ibi tum strages edit, quot cominus ense
Corpora, quot telis eminus ille ferit?
Abstulit Encelabum ferro, sęvumque Typhęum
Sternitur exanimis vulnere Rhętus humi.
Tunc et Aloidas geminos deiecit ovantes
Cuspide, quos acies non domuere Deûm.
Iam sileat Danaum Ductorem fama vetustum,
Hunc ferat ingenti laude per ora virûm.
Quo terris Coelum, Daniel prestantior illo,
Fortior ille iuris, fortior iste Deis.

ille

Ille levis Decor Argolicum, iste potentior armis
Orbis et ętherei gloria magna Poli.

In obitu Illmi D. Vincentii Grimani
nepotis Illmi ac Reverendissimi
D. Antonii Grimani
Patriarchę Aquilejensis.

Cur Nereus vultum lachrymis humectat obortis,
Ac Thetis effusis ingemit alma comis.
Cur Grimana Patrum miscetur regia luctu
Indigetum templis numina moesta, dolent?
Chara Deum soboles homines, terrasque reliquit,
Quam Grimana dedit stirps generosa ducum.
Scilicet ętherea juvenis delatus ab arce
Italię ac Veneti gloria rara soli.
Quem regere insignem solio si fata tulissent
Imperio populos, aurea sęcla forent.
Nunc vero ostendit tantum rex ętheris alti.
Mox tulit auratis Phębus ad astra iugis.
Principe quo tellus fatis indigna fretumque.
Coelicolum sedes dignus Olympus erit.

In festivitate Sanctorum Innocentium

Texerat obducta rutilum ferrugine vultum
Titan, et obscura nocte jacebat humus.
Lucifer os sacrum felicibus extulit astris,
Quem tulit Aurorę picta quadriga Deę.
Continuo nitidum Phoebus caput edidit umbris,
Terraque gemmato lumina clara sinu.
Scilicet ęthereas simul ac demissa per auras,
Quę vitiis hominum victima sacra foret,
Obvia natorum soboles, quę sanguine fuso
Rettulit insontis pręmia magna nęcis,
Aurea nunc late radiis palatia Coeli
Lustrat pulchra Deûm tectaque luce replet.
Pręsensit tellus monumentum, et fędus amoris,
Unde suo misit pignora chara Jovi.

In eadem solemnitate

Arebant apium, violę, narcissus, anethum
Languida succisis lilia mista rosis,
Nec pratis, hortisque decor, quo templa Sacerdos
Spargeret, et festas poneret ęde fores.
Virgineo florem genuit de cespite radix,
Quam sacer umbravit spiritus arca Dei.
Purpureos terris fudit Jessea hyacinthos,
Prata quibus coeli roscida suave rubent.
Nempe alto peperit genitrix a Numine prolem
Quę premeret Ditis colla superba jugo.

Aligerum

Aligerum huic coetus terris Peana canentes
Demisit Superum Rector ab axe Pater.
Immolat hinc subito Betle puerilia supplex
Agmina, quę Coelo gesta trophea canant.

In laudem
Perillustris Hyeronimi Manini

Viderat Heroem in campis agitare superbos
Alipedes celsa Jupiter ęde Poli.
Tunc magnam terris miratus surgere pompam
Talia magnanimo pectore verba dedit
Si quis equo Martem videat, fortemque Maninum
Illum hominem, hunc dixerit esse Deum
I deus et Patriam factis fer in ęthera gentem
Culmen ad Imperii te tua facta vocant.

In laudem Illmi et Reverendissimi D.
Antonii Grimani
Patriarchę Aquilejensis.

Auspiciis equidem Superum Grimana propago
Edita quam terris dedita fama canit.
Sic reor ut sobolem Coelo diffunderet alto,
Quę titulis Venetos ferret in astra Patres
Hęc etenim Proceres belloque togaque potentes
Magnanimosque duces stemmate clara tulit.
Edidit Heroem tandem, quem docta Minerva
Indigetem eximia reddidit arte Deum.

Addidit

Addidit auratas humeris Cyllenius alas,
Tecta quibus repetat murice picta Poli.
Fulgida sceptra dedit niveis Astrea lapillis,
Ut Jovis Imperium terminet Oceano.
Ergo lętitia resonent, plausuque Theatra.
Inclyta facta Divis laurea serta ferant.
Hic Vir, hic ęthereo Pręsul demissus Olympo
Italię, et Veneti gloria rara soli.

Commendantur otia ruris.

Quem Zephiros captare juvat flatusque secundos
Litora puniceo murice picta legat.
Disjecit Borreas puppes tumidum equor arantes,
Flamine sępe ferit suppara celsa Notus.
Obruit elatos pręceps discordia Cives,
Quę late strages edidit Urbe feras.
Plurima pertentant animum solatia rure,
Quę parit alma fides pectore, Rectus Amor;
Hic Astręa nitet, Pallas insignibus almis
Mars illic volitat, stirpsque nefanda Venus.
Eumenides tyriis palatia fulta columnis
Igne petunt Stygio, tectaque clara Ducum.
Castalides roseis ornatas torquibus ędes,
Ruraque gemmatis floribus alta colunt,
Quę gracili tenues calamo modulantur amores,
Ac forti plectro Martia bella canunt.

Hinc

Hinc campis avibus resonant arbusta canoris,
Hinc pratis ducit blanda Thalia Choros.
Quam dulce est viridante toro dare membra quieti,
Qua mollis placido desilit unda pede.
Tum canibus lepores venari, et figere damas,
Retia nexilibus tendere rara plagis.
Nunc pisces liquidis salientes fontibus hamo
Fallere, perspicuo tingere rore genas.
O Fortunatos nimium quos Rector Olympi
Tranquillos voluit ducere rure dies
Sepe Deûm Juno sedes, et templa reliquit
Hic humiles coluit, florea tecta ~~campi~~ casas
Inclyta que tandem Superis miracula Coelo,
Aurea Pax, Pietas, Gaudia rure micant.

In laudem Concionatoris

Usque adeo Herculeas fandi, decora alta, lepores
Conspicuo fastu maxima fama canet?
En rutilo missus Coelo dux Hercule major,
Quem Pallas docuit mistica jura Deûm.
Straverat Alcides spoliis insignibus armos,
Hic Stygii Regis capta trophea gerit.
Agmina qua fudit, clava nitet ille trinodi,
Inclytus hic nigrum que ferit hasta Jovem.
Insignes illi gemmis, auroque catene,
Huic micat e roseo clarius ore Decus.

Auribus

Auribus innexæ totidem fulsere trilices,
Aurea dependent cingula texta rosis.
Ille vagos hominum coetus, trahit iste Deorum
Concilia, ætherei quæ rapit arce Poli.

In laudem Serm̃i Principis Veneti

Adriacis Venetum Princeps nitidissimus undis
Emicat, æthereo qualis in orbe Deus;
Æquora conspicuo vultu turbata serenat,
Nubila quo rutilo Jupiter arce fugat.
Enitet ante alios doctrina insignis et armis;
Palladis hæc Vates stemmata celso ferent.
Nobilibus proavum meritis nobilior ille,
Qui titulis clarum vexit ad astra genus.
Tum quatit auratis fulgentia sceptra lapillis,
Alma quibus tellus et vada salsa parent,
Cardinea Natus trabea spectandus, et ostro
Indigetem tollit sydera ad alta Ducem.

Disticon

Dux Venetum genere, Imperio, natoque supremus
Mars bello, facie Titan, Apollo toga.

Versi

Versi che feci recitare da Pompeo Caimo
a Monsig.r Ant.o Grimani Patriarca d'Aquileja.

Mirabar, croceum Tithan, Aurora cubile
Dum linquit gelidoque humectat gramina rore,
Quid facie insignis virgo circumlita vestes
Auro, puniceisque comas redimita coronis
Principis antefores Pompeum voce cieret.
Ecce Thalia choris aderat demissa sororum
Agnovi vultum, illa nuces, montanaque fraga,
Et dulces olim cerasos, atque aurea poma
Sępe tulit, quę tum dicta, acceptaque salute
Talia sic breviter roseo prior edidit ore.
Aonidum Princeps, sacro qui numine vatum
Dexter adest coeptis, tibi me demisit Apollo,
Hos dulci calamo dignatus ludere versus.
Quos optata diu tribuantur ut ocia ruris,
Semideo, claroque Duci prece supplice tradas;
Hęc ubi muneribus mandata ingentibus auxit,
Prępetibus Phocidos pennis enavit ad undas.
Continuo ipse tuas properabam lętus ad ędes,
Cum logicę memini pręclaris te affore pugnis,
Docta quibus Clarii ferrem tibi carmina Phoebi.

Apollo etc. Antonio Grimani

Languida jampridem studiis mea cura, juventus,
Supplicibus votis florea rura petunt,

Da

Da precor, o Grimane, favens solatia fessis,
Hęc pascunt animos, egraque membra levant.
Tempus erit ~~cum~~ Pieris ~~cum~~ tua facta sub antris
Et celebri titulos carmine in astra ferent.

In laudem Illmi ac Reverendissimi Antistitis
Eusebii Caimi
1620. Epigramma

Enitet Antistes, CAIME, nova gloria, gentis,
Quem sacrum merito tollit in astra decus;
Inclyta nobilium titulis monumenta parentum,
Ac trabeis decoret stemmata clara suis;
Hic ~~procerum nulli~~, ~~Superis virtute secundus~~, rerum causas, cęlique arcana reclusit,
Hic Aganippeę splendor honosque lyrę.
Hic vetus eloquii pondus, purosque liquores
In latium rursus divite fonte tulit,
Quo nascente ferunt, latiales sedibus imis
Elysii plausus sępe dedisse Choros.
Nec quisquam legitur pietate augustior illo,
Nec vigor ingenii maior in orbe viret.
Unde sub hoc Patrię magno jam Consule surget
Eloquii virtus, ac pietatis amor

Paris Pireneus

~~1620~~. In laudem Ill^mę Grimanorum Familię

1622. Qui gracili calamo victrices dicere lauros
Grimanę, studeat, claraque facta Domus,
Egregias Procerum laudes, belloque, togaque
Inclyta, quos albis gloria gestat equis,
Huic opus ęthereis numeret vaga sydera Zonis,
Et rubet solis lumina tincta croco,
Quot Coelum stellas, radios coma lucida Phoebi
Tot Grimana refert Crux monumenta Patrum.

In laudem Ill^mi ac R^mi Antonii Grimani
Patriarchę Aquileję

Qui velit aurato dotes attollere plectro
Quęque pio virtus Principe summa nitet,
Dein proprium decus, ac meritos diffundere honores
Quos canit ęterno didita fama pede,
Idem vere novo ridentes pollice flores,
Pampineo Autumno mitia poma legat.
Nam neque Flora rosas Pomona rubentia mala,
Hoc quantas cumulat pectore Numen opes.

In laudem Ill.mi ac R.mi Antonii Grimani
Patriarchę Aquileję
Pallas ac Juno

Pallas. Cum sacer Antistes pompas imponeret aris,
Cur Cęlo intonuit, Regia celsa Jovis?
Num votis, Regina Deûm, solemnibus ęther
Annuit, ac precibus Numina dextra favent?
Juno. Jampridem Superi, Heroem dignantur Olympo
Invitantque novum plurima signa Ducem,
Panditur huic liquido stellatum tramite vallum,
Et plaga signatum lactea monstrat iter,
Qui, mihi crede, Polò nitidissima sceptra teneret,
Et populis Rector pro Jove Jura daret,
Tu modo, posce tuas, Utini ne deserat arces,
Sub tanto, Pallas, Pręsule maior eris.

De eodem
Venetię ac Gręcia.

Venetiæ Desine nunc Danaos mirari, Gręcia, priscos,
Argolicę Menbas robora lecta, ratis.
Æsonides mihi Nobilium de stirpe parentum,
Qui Venetę gentis splendor, honosque meę.
Græcia Quid te nequicquam Veneta hęc clarissima proles?
Hic meus est Jason vellere notus ovis,
Quem post ingentes titulos super ęthera vectum
Astrigera Phoebi detulit Aede soror,

Ven.

Venetiæ. Quę soror? aut quę vana Deę mendacia iactas?
Graecia. Sic fama. Ven. Hęc Argis improba fama volat?
Edidit augusta Venetûm Ditione propago
Grimana ex alto sanguine creta Deûm.
Græcia Vix reor, usque adeo similis candore nitenti
Thessalus huic Iason os humerosque viro.
Venetiæ Credo equidem Annio, facie quo pulchrior alter
Non fuit Argolicum, membra decora Duci
Verum hic tantum alios superat virtutibus omnes,
Aonias quantum Magnus Apollo Deas.

Illustrissimis D. D.
Ioanni Mauroceno Locumtenenti, et Silvestro filio
Sextiensis Ecclesię dignissimo Abbati.

Cum regeres Patriis, Pręsul, virtutibus Urbem,
Rursus, ast Soles dicar habere duos.
Principis ingenium cernens Academia dixit,
Principis et Phoebi lumine cuncta nitent.
Utraque nunc tenebris, nostras dum linquitis oras,
Humida ceu tellus, sole cadente iacet.
Dulce solamen erit, Carrię tibi sceptra senatus
Si dederit, Nato murice Roma frui.

Eidem Locumtenenti

Ad patrios alii gazis, auroque, penates,
Tu mage pręclaris rebus onustus abis.
Fictile vas aurum, volucrique ocius aura
Labitur egregio fama vigore manet.

Quod

Quod male suada fames, magno te Preside sumptu
Fugerit, æternum vivere posse puta.
Omen habes; statuas aliis, et marmora fixit,
Urbs tibi pro meritis revincta dicat.

All' istesso

L'altero Dio, che agli atri e bassi regni
Spinse l'urna fatale, aspri litigi
Minaccia al Ciel, e con mostri, e prodigi
Vomita contra l'uom gli odj, e gli sdegni.
Già Chimere irritò, e quei, che i segni
Ver le stelle spiegar Tifei, e Gigi,
Già Sfingi e Arpie, ed or dagli antri Stigi
Sciolse a fame crudel gli aspri ritegni.
Quand' ecco un Saggio Prence, che s'accinge
A generosa lotta pesti, e infranti
Gli fa cader i strali, e indietro spinge.
Così l'empia Chimera a morte innanti
Trasse Bellerofonte, Edipo Sfinge,
D'Argo gli Eroi, le Arpie Giove i Giganti.

In lode

In lode del Sig.r Cavalier Pompeo Caimo
Epigramma

Quisquis naturę curas, viresque potentes
Dum sibi conspicuum fingere vellet opus,
Quisquis et Ausonię gentis Patavique theatri
Splendorem, Venetum deliciasque Patrum
Nosse velit, Pompeę tui modo pectoris artes
Inspiciat, calami doctaque scripta legat.

Eidem

I Cretę Sparten, latioque i conjere Atenas,
Aurea qui fingis tempora prisca senex;
Non magis excellit radiis vaga Sydera Phoebe;
Quam veteres omni Caimus in arte viros.
Iamque illum totus magnum vocat orbis et inquit,
Quod Magnus bello, pręstitit ille Domi.

All'Illmo Sig.r Alfonso ~~Antonino~~
nel Primo dì d'Agosto

Augusti celebratus honos, lętęque Kalendę
Jam redeunt cuncti vina, dapesque parant.
Tuque adeo indulgere velis, tibi forte Nepotes
Hos statuent festos post tua fata dies.
Qui sacer Augusto mensis, quo fulva leonis
Tecta colit Titan, Virgineumque torum?
Illius ut monstret pectus mirabile bello,
Oraque Pierii fonte rigata chori.
Ille ergo locus obliqui tibi serviet orbis,
Gloria Mavortis, castalidumque decus.

Epigramma
in lode del Sagredo Generale della Repubblica
fatto inanti che vergognosamente fugisse
di Valezo

Patricia de gente satus, vertentibus astris,
Munera Militię celsa Sagredus obit.
Ut sacri nomen vatis, pietate verendus
Aurea Iustitię sic monumenta refert.
Seu petat ęre nitens aciem, seu rostra togatus
Annibalis vires, ora Periclis habet;
Illius auspiciis victrix Teutonica signa
Effesaque Esparię Mantua castra premet;
Alta coronatis repetet Capitolia velis,
Et Patrię dicet plebs numerosa Patrem;
Si Venetus major populus, maiorve senatus
Esse potest armis, Hoc Duce, major erit.

In Alfonsum Antoninum
Commissarium in prędicta expeditione

Armorum sonitu fugientes flebat olores
Impiger et lentis Mincius ibat aquis.
Hoc ubi Neptunus sensit, pręvisa doloris
Causa mihi, tegeret cum freta classis, ait;
Solve metum, curasque, tuis illabitur oris
Cycnus stellantis dignus honore lacus.
Scilicet Alfonsus, claris qui dotibus equat
Aeneam bello, carmine Virgilium.

De Turre Rosacea Antonina

Quid juga? quid teneras vites mirare viator?
Nobile Naturę cernis, et artis opus.
Quisque pulchro lętatur nomine Collis,
Queque rosis redolent limpida vina parit;
Quam procul adspectas forti se culmine Turrim
Tollere, finitimis et dare jura locis
Antonina sibi magno gens inclyta sumptu
Extruxit requiem, deliciasque suas.
Illic Alfonsus, Venetę quo Preside gentis
Mincius haud nimium Cęsaris arma timet,
Ingentes animi curas, et pectora mulcet,
Et quatit Aonię fila canora lyrę
Illic Germanum nostrę decus Urbis et Orbis
Ludere perpulchris otia grata iocis,
Sępe etiam facili juvat indulgere labori,
Et bellis apta carpere poma manu
Posthabitis Superis, Mavors, immixtaque Musis
Pallas magnanimos fertur adire viros
Munera forte suis Divum Rex mittit Alumnis
Lex quibus et recti corda cupido fovet.
Cumque aderis propior dignos venerare penates
Et patrio referas hęc mea dicta solo.
Quod silvis Driades, Cypro Venus, ęthere Titan,
Sunt proceres Iuli (seu velis Orbe) foro.

Ad Illmum a Revmum Augustinum Gradonicum Patriarcham Aquilejensem

Natiso

Quis novus ancipites versans per pectora motus
Insinuat pavor? an magnum mens ausa laborem
Horres? ne dubita, cui jam favet alma Sororum
Turba, favet Vatum Custos, labor iste juvabit,
Atqui alios tempus Parnassi vadere saltus.
Te, **Gradonice**, cano, celsasque attingere laudes
Jampridem cupio, sacris dum numina mixta
Ordinibus, Cives, populus lętantur ovantes,
Ingentesque vię tollunt ad sydera plausus
Pierii latices, et doctę largius undę
Erumpant, viridesque Heliconis vertice laurus
Plus vireant, cantusque Erato nunc Principe dignos
Dulce move, sunt hic quoque pręmia grata Camenis.
Ergo age carminibus memora, quę cerulus antris
Muscosis Natiso cecinit, notissimus amnis,
Carmina, cum toto resonarent flumine ripę.
Tuque adeo Patrię decus, o Clarissime Pręsul,
Ecclesię fultor, tenuem ne despice Musam;
Annue sed votis, nostrisque illabere cęptis.
Ut penes insignem fama, et pietate parentem,
Qui regeret late populos Aquileja iura
Audiit immensi Rector maris, exerit alto
Ora sinu, Galgenque vocat, dein talia fatur:

Fluminis

Fluminis algentes abeas Natisonis ad undas
Nympha velim, et celeri defer mea dicta phaselo:
Advenisse diem fastis, alboque notandum
Signo, demissum Superis quo Iulia tellus
Heroem meritos Divûm qui solvet honores
Templis, accipiat claris virtutibus auctum.
I modo, carpe viam, et nostro gratare sodali.
Continuo illa Patris celerans mandata facessit,
Argento Thetidis cęlatum, auroque Leonem,
Quo Regina solet gelidos invisere campos,
Arripuit, rigidoque secat placida ęquora rostro.
Sublimis medium Titan vertebat in orbem,
Cum tandem fluvii optatis proram appulit oris.
Posteaquam notos adiit formosa recessus
Galge, pulchricomę duxere ad concava Natę
Tecta Dei, exeso quę pumice fixa sub undis
Investit mollis viridanti muscus amictu.
Forte Pater solio iudex consederat alto
Quem Palmę Turri soboles Venetęque Timavi
Delegēre sibi Nimphę, dum carmine certant,
Quę tum pene pares finem fecere canendi.
Illa subit limen, per se nova gaudia vultu
Explicat, et lętis arrectas vocibus aures.
Implet, felicemque vocat, cui sęcula Parcę
Aurea concordes operoso stamine volvunt.
His Natiso dictis oculos attolit ad astra,
Affaturque Iovem magnos nosco, inquit, honores,

Nosco

Nosco virum fatis olim mihi, Jupiter alme,
Promissum, lętusque jubet mox gurgite natas
Acciri. celerant jussę pulcherrima Turre,
Sontia, Cornapoque, Timavaque Tiliamenteque
Arzinoque Rhoeque evinctę tempora sertis,
Et gemmas Alse piscari scita nitentes,
Amphoraque, et Stelle niveas discinta papillas
Omnes formosę, ac molles componere versus
Omnes edoctę fidibusque aptare canoris;
Quę simul ac solitis flexere sedilibus artus
Pręcipuusque toro genitor consedit avito,
Extemplo famuli mensas mantilibus albis
Insternunt, solido mensas adamante, smaragdisque
Extructas, onerantque epulis genialibus apte,
Dulcia vina ferunt, largo quę munere colles
Rosacei mittunt, calathos myrtoque coronāt.
Hic ubi prima quies dapibus, tripodesque remotę
Ipse Deus tales effudit pectore voces.
Hactenus o Natę lachrymis madefacta rigastis
Pectora, Grimani morbos, inopinaque flentes
Fata Ducis, regem precibus Stellantis Olympi
Vicimus, assensit miseris, quod sępe petistis
Necquicquam mecum fausto modo lumine dextrum
Advexit sydus, toto plaga lactea Coelo
Labitur, et procul a nostris fraus victa recedit
Finibus, inventrixque Atę versuta malorum
Exulat, arreptisque litę pernicibus alis

Instaurat

Instaurat longa insueto dispendia cursu;
Fundit Amalthee pleno Rhamnusia cornu,
Plurimaque aurato terris bona Jupiter imbre;
Quare vos fessis nactę solatia rebus,
Ducite majori carmen jam ducite plectro.
Conspicuos inter proceres lectissimus unus
Justitię cultor, nulli virtute secundus,
Mollia tranquillę peragent que Pręside gentes
Ocia, belligeri claudentur limina Jani,
Prisca fides veniet, sedes Astręa quietas
Incolet ętherea nobis demissus ab arce est.
Ducite majori carmen jam ducite plectro.
Urbe nitet Veneta Heroum Gradonica propago
Inclyta (Cęlicolum fertur genus esse Deorum)
Quę decus Italię, Veneti columenque Senatus;
Edidit hęc Patres bello, ac felicibus armis
Claros, qui populis terraque marique subactis,
Illustres animę magnos peperēre triumphos,
Quales Roma, triumphatis Carthaginis altę
Arcibus, excepit, viridi cum Scipio lauru
Instratos ageret Capitolia ad alta jugales,
Aut Cęsar, vario captis ex hoste tropheis,
Sive orbis domitor Magnus Mitridatis onustus
Ditibus exuviis lętam veheretur in Urbem.
Ducite majori carmen, jam ducite plectro.
Par adeo augustis Ducibus belloque, togaque
Splendor, honosque fuit, plebi seu figere leges,
Juraque

Juraque, seu lentos mallent in prelia Cives
Hortari, aut tumidos vulgi componere fluctus.
Curia suspiciens artes, pondusque loquendi
Orantes stupuit, Ciceronis imagine vana
Delusum quoties latium; sit Gallia testis
Eloquii, Hesperię fora sint, Europaque tota.
Non illis melior tereti dare verba catenę
Alcides, nimbosque Ithacus ciere tonantes,
Nestorei ceditque redundans copia mellis,
Flumina Graiorum, linguę Demostenis arma
Ducite majori carmen, jam ducite plectro.
Hinc Princeps ortus, nobis quem fata dederunt,
[Ardua privatos nescit fortuna penates]
Nascenti puero, sic Dî voluēre, serena
Cęsarie Titan, crines circumlita Phoebe
Affulsit, nitidisque micans Cyllenius alis,
Commoda stella Jovis, positos Mars prębuit ignes
Utiliter, Phoebusque choris comitatus amęnis
Pieridum summo Parnassi culmine festis
Tura dedit flammis, struxitque altaria donis.
Ducite majori carmen, jam ducite plectro.
Quid memorem, ut tenero latiales ore liquores
Hauserit, et primis Permessi ad pocula fontis
Lucida delicium Musarum, venerit annis.
Dein vigili studio caussas, elementaque rerum
Quęsierit, solisque vias, lunęque labores,
Et cultis animum gazis, opibusque bearit.

Quidquid

Quidquid Socraticę docuit sollertia turbę,
Arte laboratam sonuerunt docta Lycei
Atria, quidquid et egregiis Academia chartis
Attica sudavit, manantibus ethere quiquid
Fontibus, et sacro Solymorum defluit amne,
Cuncta quidem mentis secreta condidit arca.
Ducite maiori carmen, jam ducite plectro.
Tum proceres stupuere senes, quid prima juventę
Tempora canicies tegeret, curamq. senilem
Ante annos gereret juvenis, quid brachia lenta
Mitibus indueret pomis iuvenilior arbos,
Tam lętam segetem pareret, Cereremque novale.
Ingenium plerique datum divinitus illi
Crediderant, [nec vana fides] prudentia major
Non ullo veterum canet, probitasque verenda;
Atque alii Veneto robur, solidamque columnam
Imperio, et Fratribus positam rebantur ab alto,
Ipsa foro Patrię visa est lętantis imago
Patricios inter tali se tollere Alumno.
Ducite majori carmen, jam ducite plectro.
Postquam consiliis virtus, spectataque magnis
Iudiciis, Fasces, rerumque optabat habenas
Tradere Nobilitas plebeio juncta favore,
Illius sed enim ~~fama~~ succensus, in oras
Ausonias clarum tulerat quę didita nomen,
Romulęę gentis Rector, qui Tybridis arces
Incolit in numerum Patrum, [quo fata vocabat]

Delegit

Delegit, mitraque ornatum tempora sacris
Imposuit rebus, Christi pręfecit ovili
Ducite majori carmen, jam ducite plectro
Multa quidem sileo, passim quę nota vagantur,
Nec, mihi si cursus monstret, resque ordine pandat
Delius, amplecti valeam nunc singula cantu,
Pauca modo e multis referam. Sub Pręsule sacro
Federe Civilis iuncto discordia primo
Excisura Urbem stragesque minata quievit,
Atque animis hominum pacis succedere rursus
Dulcis amor, pietasque suos extendere fines.
Restituit senium juris, Censorque profanos
Retulit in melius mores, legesque priorum
Corvexit, validoque novas conamine sanxit,
Haud secus, ac priscis olim se gessit Athenis,
Qui Patrios lares cupiens servare reliquit,
Civibus invitis Patrię cum jura rogaret,
Tam post fata Solon profugus, quam fugerat ante.
Ducite majori carmen, jam ducite plectro.
Quę tum seditio vulgi, Gradonice, coorta est,
Quę scelerum facies in te, quas spargere voces
Improba gens cepit, luxus arcere furentes
Dum niteris, vetitumque nefas prohibere, dolosis
Illecebris, vitiisque hominum super addere finem.
Nec tamen incepto quivis avertere casus
Te potuit, nemorum silvis velut ardua palma
Flamina ventorum, scopulus fluctusque tumentes
Sic

Sic tu rumores invicto robore vanos
Despiciens summę primas es laudis adeptus.
Ducite majori carmen, jam ducite plectro.
Verum ubi paulatim plebes resipiscere,
Cives eximii sentire Ducis benefacta priora,
Pręsidiumque omnes devincto in pectore gestant,
Solamenque vocant, imo sub corde reponunt
Ipsius pręcepta, et Cęlo laudibus ęquant.
Ducite majori carmen, jam ducite plectro.
Ecquis submersum tenebris educere verum
Doctior, et caussas, dubiasque resolvere lites?
Quis judex cuicunque suum dare justior illo,
Seu poenis multare malos, ac plectere acerbis,
Debita sive bonis largiri pręmia malit?
Muneribus vates cumulans, magnisque disertos
Mecęnate graves revocavit largior artes.
Diruta constructis exurgunt templa Deorum
Parietibus, festosque dies quibus ętheris alti
Numina solemni (ut fas est) venerentur honore,
Adjecit, gregibus fontes, ac lęta paravit
Pascua, quis niveo implerent mulctralia lacte,
Felices Feltri Cives, nimiumque beatos.
Illum docta manus meritis pro talibus istic
Artificum pario duxit de marmore virum,
Annales versu celebrant, ac voce soluta,
Pubblicaque auratis monumenta incisa theatris.
Ducite majori carmen, jam ducite plectro.

Quid loquar, aut placidos mores, vultuque nitorem,
Mitius ingenium, et mixtos gravitate lepores,
Aut summis placuisse viris, et divite censu
Auctum Pontifices oculis, animoque tulisse
Omnes, quem sępe ad Reges misēre potentes
Legatum dubbiis petierunt provida rebus
Consilia in medium ferret, nec pectoris alta
Confisi magè sunt arcana recludere cuiquam.
Ipse inter Patres omni se prętulit [prestitit] ęvo
Talem, ut magna licet merito jam Roma dedisset,
Conspicuis etiam trabeis modo vellet adauctum,
Ergo sublimes, Veneto plaudente Senatu,
Concessit [Mandavit] Fasces Patriarchę Aquilejaque sceptra.

Ducite majori carmen, jam ducite plectro
Vos precor o Veneti proceres, tuque Itala tellus,
(Namque diu nimis ò tenuistis,) vindice fato,
Heroem nostris demum concedite terris;
Huc Pater, o Gradonice, veni, formosa virentes
Fundet humus flores, violas, rubeisque amaranthis
Pallentes intexet, apumque examina fagis
Mella dabunt gravidisque almus flavescet aristis
Campus, purpureo mites tibi pampinus uvas
Induet, et rami pendentia poma colore.

Ducite majori carmen, jam ducite plectro.
Aerię volucres nidos, vaga flumina pisces,
Capreoli, damę, lepores, cervique fugaces
En tibi alunt foetus, nostris tibi piscis in undis

Innatat

Innatat, insignemque parat mea cęrula proles
Pingere acu chlamidem, Driadesque halantibus hortis
Horrea serta legunt, passimque altaria ponunt
Agricolę, et cumulant hędis, et pinguibus agnis;
Aonides plectrum, cytharamque ab Apolline missę
Gemmatamque ferunt sacra de fronde coronam.

Ducite majori carmen, jam ducite plectro.
Ut, decedente die, cęca caligine terras
Nox operit, Cęlum fuscis circumvolat alis,
Pallet humi facies, linquit sua forma hyacinthos,
Quidquid et aprici colles, et ~~florea prata~~
Emittunt pulchri, spissis languescit in umbris:
Omnis ager, volucrumque silent in sepibus atris
Linguę, depositis cannis; levibusque cicutis,
Strata jacet specubus Pastorum turba sub altis,
Nec Satyri indulgent Choreis, et carmina fundunt,
Cuncta situ torpent foedo, tacitisque tenebris
Sic erat ante Fori regio ditissima Juli.

Ducite majori carmen, jam ducite plectro.
At postquam roseo reddit nitidissimus ortu
Lucifer, ęthereo Titan opera omnia curru
Illustrat, radiis retegit fulgentibus orbem,
Roscida ridet humus, gemmatis floribus horti
Invitant oculos, resonant virgulta canoris
Alitibus, magnisque implent clamoribus agros
Ruricolę, Panes calamo modulantur agresti
Carmina, Nympharumque choros ex ordine gaudent

Ducere

Ducere capripedes, nemorum sacra numina, Duci,
Cuncta virent, plausuque novo gestire videntur,
Sic meliora Foro venient nunc tempora Iulo.
Ducite majori carmen, jam ducite plectro.
Veni age, chare magis vita, Sanctissime Princeps,
Dum tyrio tingit tibi murice Roma galerum
Ut populos fausto felices numine reddas.
Finierat Natiss. summi tum Regia Cęli
Intonuit, voces ter Io Gradonice canentes,
Auditę, Polus insolito terlumine fulsit.

In Augustinum Gradonicum
Patriarcham

Ausonias belli rumor dum pervolat Urbes,
Sceptriferique parant arma, virosque Duces,
Romuleę, Venetęque Urbis simulacra sub alto
Tybride concordi fędera pace novant;
Tum gentes memorant, aurumque et robora classis,
Victa quibus dedat gens inimica manus;
Ast pelagi Regina virum magè laudibus effert,
Quem nitidi Terris invidet aula Poli.
Est mihi stirps, inquit, titulis Gradonica refulgens,
Quę Patrię Urbe foris alta columna fuit.
Inde trahit Pręses Aquileję nobilij ortum,
Qui faciles reddet mi pietate Deos.
Illius auxilij excepit Roma, Quiritum
Nititur Imperium, regnave chara Iovi.

Is

Is nobis communis erit, patriamque juvare
Et mihi prô meritis dexter adesse volet.

Fra le gradite, e belle anime elette,
Che la mente di Dio alma e feconda
Creò, a poche dee esser seconda
Quella, che sue ricchezze ha in te ristrette;
Poichè sempre Signor, vili e neglette
Ti furo umane gioie, e in alto fonda
Tua speme, e già non puoi temer che affonda,
Chè à scherno prende il mondo, e sue disdette
L'ingegno tuo pieno d'ardente Zelo
Ne le sacrate lettre ognor s'adopre,
Onde si sface a nostri cuori il gelo.
Ti rende augusto il nome, augusto l'opre
Ne se vuoi farti Cittadin del Cielo
Manc'altro, che 'l mortal velo discopre.

Illmō N. Gradonico

Miratus Veneti laudes, et facta Senatus,
Et patrię clarum te Gradonice, Patrem,
Alloquitur Superos Neptunus, et aurea Sperrens
Sydera, quę primę munera sortis, ait:
Nunquam crede tuas cupiam dein Jupiter, arces,
Dum tales vigeant, Urbs, Proceresque mihi.

Hebbe, nol nego, Roma estranie forme
Di supremo valor, Cesare in armi,
Nei consigli Catone, e quel che parmi
Prencipe sia de le faconde torme.
Ma taccia, ch'un Eroe seguì lor orme
Con gran passaggio, onde le prose, e i carmi
Parlan di lui, e ne fan fede i marmi
Della virtù, ch'in quel petto mai dorme.
Mostra guerrier, e Martial vigore,
Provido, e grave senno, alto pensiero,
Eloquenza, che trae gli orecchi, e il core.
Questi solo ha le doti, e il pregio intero
Di tre campioni, e col suo gran splendore
È solo un Sole all' Adriano Impero.

Illmo a Rmo Augustino Gradonico Patriarchę
Aquilejensi.

Eximia, ac singularis humanitas tua in litterarum studiosos omnes Illme at Rme Pręsul, non magis eruditos, ac de litteris optime meritos viros delectat quam juvenum animos ad reliquum studiorum cursum explendum inflamat: adde quod (virtute quamvis multo antea id egeris) plurimum tibi amoris, atque observantię hinc, inde conciliat; adeo ut pars doctissimis scriptis, pars sermonibus tua summa cum laude habitis tuum nomen ad Cęlum tolere nituntur. Quocirca et ipse aliorum exemplo

ductus

ductus per paucos versus latino atque Hetrusco sermone contextos tibi offerre constitui, qui, licet eruditionis sint expertes, ac non satis digni, qui a te gravissimarum occupationum negotiis distento legantur cum tum e singulari quodam amore atque Observantia dimanent, leto ac sereno vultu excipias etiam atque etiam peto. ——

Vidit humo scalam nubes attingere Iacob,
Aligerumque choros ire redire vias:
In somnis eadem visa est mihi forma, Ducesque
Heroesque titos ferre, referre gradus;
Turba frequens multis spectatum venerat oris,
In primis Venetum densa corona Patrum.
Colle Damon celso residens hęc lumine lustrat,
Musarum columen, delicięque Damon,
Aggredior vatem, quę sint miracula posco,
Is mihi quęrenti talia dicta dedit;
Quę nitet effigies scalę Gradonica propago est,
Ab Jove quę magno semina stirpis habet;
Hinc sata quę Coelo descendit lęta, iuventus,
Quę pręmet Hesperię livida colla jugo.
Qui spoliis ęvoque graves ad sydera tendunt,
Nobile sunt clarę germen, honosque Domus.
Marte, togaque simul populos domuere superbos,
Et priscam Latii vim retulere Fori.
Forte virum Numen, vultuque, habituque professum
Et mitris video tempora tecta piis.

Huic

Huic niveis Hebe supra caput astitit alis
　Pocula quę tyrio murice plena gerit;
Virgineo circum volitantes agmine Nymphę
　Cum Nymphis pueri carmina docta canunt
Dum stupet obtutuque hęret mens singula lustras,
　Sic lepido vates incipit ore prior.
Nescis quę mitrę, quę sint ea numinis ora?
　Nescis dulce decus, presidiumque tuum?
Hic vir, hic insignis Gradonicę gloria gentis,
　Principe quo tellus Julia major erit;
Inclyta sunt magni Patriarchę stemmata mitrę
　His meritum cinxit maxima Roma caput.
Suave rubens murex fastigia monstrat honoris,
　Quem Parcę nectunt, fataque certa parant.
Quę facies adsunt viridanti flore juventę
　Sunt sacra Relligio, Fasque, Fidesque tenax,
Rectus Amor, Pietas, Astręaque, Paxque, Chorique
　Aonidum, magni clara trophea viri.
Has plebis, Procerumque manus, juvenesque, senesque
　Conspicuus toto rumor ab orbe trahit,
Convenient multi, laudes qui voce soluta,
　Quique canent vincto fortia facta pede.
Neve hęc vana putes, aut me tibi falsa referre,
　His umbris aditum Cornea porta dedit.
Dixerat. auricomus nitido cum lucifer ortu
　Surgeret, et somni dulcis imago fugit.

O felix

O Felix Princeps, bipotens cui Regia Cęli
Panditur, et summa Jupiter arce favet.
Felices Utini Cives, Venetique beati
Hic vobis Princeps aurea sęcla refert.

Sovrana Scala, in cui fregi e lavori
Di Mitre e di trofei, titoli e d'ostri
Con le spade formaro, e con gl'inchiostri
Ne gli arringhi di Palla i tuoi maggiori.
Ti diè 'l Ciel, Gradenigo, aviò de gli ori
Sprezzasti il vanto, e tra dorati chiostri
Sudando ne le carte a giorni nostri
Di gloria il nome ornasti, e 'l crin d'allori.
Questa fatta una Torre alta e possente
S'erge su 'l tuo valor sì ch'a le stelle
Poggi lasciando il suolo a volgar gente:
Erro. Dio vuol, che teco l'alme imbelle
Sovra i tuoi gradi al lucido Oriente
Conduchi a vagheggiar sue pompe belle.

In laudem Beatissimę Virginis

Incertas alius sibi quęrat Principis auras
Dum placidis faveas tu mihi, Diva tuis.
Has quisquis sprevit, volucresque amplectitur illas
Huic magè quam Coelum sordida terra placet.

In laudem Dignitatis Sacerdotii.

Primorum marcus ętherea de stirpe Tonantis
Quę picta superis ęde dicata nitet.
Clara Sacerdotii fastigia, culmen honoris,
Celsaque Divorum munera ab axe petit
Astra Sacerdoti parent, panduntur olympi
Limina, Coelicolum nobilis aula patet,
Ille orbem sacro sublimem in vertice gestat
Quem demissa pedes palla verenda tegit
Cum vero positis aris solemnia dona
Ingerit, ac templis mystica sacra facit,
Auratis illi gemmis circumlita vestis,
Et toga puniceis pendet amoena rosis,
Quę mites animi pandunt monumenta figuris
Justitię, populis stemmata docta ferunt.
Ille Deum placidis affatur numina dictis
Et supplex calidis fert pia thura focis.
Aurea stellantis reserat palatia Coeli
Et nitidis gentes ducit ad astra rotis.
Ille decus Superum atque hominum, qui maximus Atlas
Astriferum insigni sustinet arte Polum.

In

In laudem Divę Magdalenę

Jam liquidis Titan currus extulerat undis
Et vaga stellato fugerat axe soror.
Tum forte in somnis exterrita sępe figuris
Magdala Coelicolis mollia thura dabat.
Huic se Dux Erebi, manes ac Regia Ditis
Obtulit, et colubris cincta Moegera comas.
Quo visu ad superos sacris de more litatis
Ante aras supplex talia verba dedit.
Alme Sator rerum summo cui vertice olijmpi
Stat solum gemmis, tectaque clara nitent.
Da veniam miserę ac proprius res aspice fessas,
Da Pater, et placidus Coelica dona feras.
Parcere namque hominum noxis, animosque nutantes
Excipere auxilio Numina magno decet.
Tum Rege ęthereo celsa demissus ab arce
Jussa Deum roseo Nuntius ore canit.
Aspice. Jam vota excepit Rex ętheris alti
Et superum coeptis annuit tota cohors.
Nunc sacra disce quibus gemmata aulęa Tonantis
Tectaque purpureis ędibus alta petas
Humana Divum Soboles sub imagine leges
Detulit augustas, sanctaque jura docet
Hęc medias Cęli cum sol conscenderit arces,
Succedet tectis numina clara tuis
Tunc prece strata solo prolem venerare Deorum
Nam facilis veniam criminis illa dabit.

Sic

Sic fatus celeres attollit ad ęthera plantas
Et liquidum pennis aera tranat ovans.
Illa gemens vultum lachrymis humectat obortis
Et niveis palmis pectora pulchra ferit.
Interea aurato venientem in limine spectat,
Qui nitidi reserat fulgida claustra Poli,
Illius hunc comitem pręmisit Numen ad ędes
Qui referat summi nuncia certa Ducis.
Tum primus, salve, fatis, o debita Coelo
Foemina, Coelicolum stirps generosa venit.
Nec mora beryllis pavimenta, auroque coruscant,
Et tyrio fulget murice tota Domus.
Ingreditur tandem thalamos mirabile Numen
Cui procerum parent sceptra superba virum.
Obstupuit Mulier visis, stupuere penates,
Infandę Veneris barbara signa stupent.
Dein genibus propior flexis, et numen adorans
Incipit effari talibus orsa modis.
Inclita progenies, alto cui Regia Cęlo,
Fer precor ex rutilis sidera dextra rotis.
Paret, Decus Superum et fractis da surgere rebus
Namque potes hominum tollere ad astra genus.
Sic alta cecinit Raphael delatus ab aula,
Et splendor radiis oraque culta ferunt.
Illa ego, quę quondam niveo fucata colore
In teneros jecit plurima tela procos
Quę roseos auro crines circumlita fulvo
Multifidas late sparsit in Urbe faces

Candida

Candida primorum tepefecit pectora Regum,
  Et valido magnos vinxit amore Duces.
Quę Cives, populum blandis jaculata sagittis
  Męnalios traxit sub juga lęta Deos,
Conspicuos titulis stupro scelerare parentes
  Et patrios Veneris dotibus ausa lares,
Huic posui festis operosa altaria sertis,
  Et volucri nato thura Sabea dedi,
His templa Idęis statui suffulta columnis
  His nostra cecidit victima multa manu.
Protinus indigetum aspernata volumina Vatum
  Et sacra, quę Moses dogmata monte tulit.
Aurea dejeci veterum simulacra Deorum,
  Et colui Paphęę Numina vana Deę.
Vos o Diique, Deęque omnes, tuque, inclite Ductor,
  Qui domito victor Tartara Rege premes,
Parcite jam faciles nostro aspirate labori,
  Dexteraque inceptis omina ferte meis.
Nunc pario vobis ędes de marmore ponam,
  Quas reget auratis purpura texta notis
Barbara disjiciam Veneris monumenta nefandę
  Uretur calidis alba columba focis.
Gemmatas turres, capitis decora alta lapillis,
  Quę cinxit liquidas infula rore comas,
Lucida quę terreti fulsere monilia collo,
  Quę texit niveis tempora vitta rosis

Purpureas

Purpureas baccis vestes, solemnia dona
Ipsa tibi pompis ad tua templa feram
Non ego dehinc phaleris insignibus orbe quadrigis
Alta vehar, gassis tecta superba cola.
Jam satis est nemorum gelidos habitare recessus,
Fessaque stramineo membra locare toro
Fagineis vilem potare canalibus undam
Et legere apricis mollia fraga iugis.
Pellibus hirsutis gracides velare lacertos,
Et viridi incultos sternere fronde sinus.
Aeratis lacerum corpus laniare flagellis,
Et largo madidas imbre rigare Genas.
Sic precibus veniam Divos exposcere factis,
Et luere in specubus crimina dira cavis.
Hęc ubi dicta dedit demissa Magdala voce,
Tum placido omnipotens pectore pauca refert.
Scilicet ęthereos sensus fulgentiaque aurę
Simplicis illustrat stemmata luce nova.
Foemineam sancto complet spiramine mentem,
Et sacris animum dotibus ille beat.

Illmis

Illmis D. Alfonso, et Jacobo Antonino

Saucia dum lęsos suspirat Phyllis amores,
Cumque viro quęritur mox abiisse fidem.
Pręceps, impatiensque more crudelia fata
Increpat, et vitę tristia fila secat.
Illius est Venus, (at sero) miserata dolores.
Pro viridi stipes fronde puella riget.
Verum ubi Demophoon teneris amplexibus arctat,
Induit effusis brachia pulchra comis,
Sic foecunda leves arbor se tollit ad auras,
Miraturque novas mensa secunda dapes.
Haud secus ingenti curarum pondere fessa
Antea vix lęvo mens pede serpit humi.
Nunc, postquam vestro reviret sublata favore,
Mitior et velis incidit aura meis,
Spero equidem, rota si cursu perlabitur ęquo,
Nobilis exculto carmine Musa tonet.

Il peregrino, che V. S. descrive nella sua operetta, auerta in varie cose il suo gentile, e peregrino ingegno, jeri mentre fusse da me, ad alcuni letta nell'Academia un gentiluomo di matura eta, e canuto intelletto che già peregrino a Roma si compiacque tanto che disse invogliarsi nuovamente dell'abito e viaggio passato V. S. merita gran lode e per la leggiadria dello stile, ma non minore che lo adopri in simili concetti, perochè in questi tempi altri non si mandano alle stampe che lascivi Adoni, Veneri infami che sono la corruzione degli animi. Seguiti pure V. S. queste opre lodevoli, che premio d'onore non le può mancare durante sin che si trasformi in celeste gloria, e le Bacio le mani —

Eidem Alfonso

Forte Deas inter Cęlo discordia surgit,
Inclyta quę cunctis, sitque verenda magis;
Nobilitas, Virtus, Fortunaque jurgia miscent,
Curia nec litem tollere celsa potest.
E terris, Virtus inquit, novus arbiter adsit,
Justior Alfonso nullus ubique nitet,
Alfonso celebri totum qui nomine complet
Orbem, cui decorat laurus, oliva caput.
Assensere. sui memorem quod fecerat illum,
Obstrictumque sibi quęque merenda tenet

Edidit

Edidit Antonina virum stirps clara parentum,
[Sed mage nunc titulis Pręsidis aucta viget.]
Conspicuum Virtus multa jam reddidit arte,
Nemo domi major, militięque fuit.
Hactenus una parum lęto Rhamnusia vultu
Affuit, et debet perfida quicquid habet.
Continuo jungit volucres auriga jugales
Longinquas Batavūm jussus adire plagas
Velitis Alfonsus turmis Dux pręsidet illic,
Multa manu castris ingenioque gerit.
Oceano Titan properabat mergere flammas
Cum stetit aerio picta quadriga jugo.
Inde gradu celeres, Urbi, tectisque propinquant,
Quę colit Alfonsus milite plena, Deę.
Attonitis hęrens animis miratur euntes,
Et negat humanum turba decoris opus.
Pręsulis augustam juvenis deducit in ędem,
Liminaque intrantes marmore cęsa stupet.
Post ubi cognovit, pronus petit illico terram;
At roseo Virtus incipit ore prior.
Certantes, Alfonse, tuas devenimus arces,
Nostraque te capiet judice causa modum.
Fac age, nos inter longe quę clarior extet,
Dignaque, cui templis hostia multa cadat.
Hic omnes memorant benefacta priora vicissim
Atque addunt humili blanda promissa prece.

Non

Non nostrum est, inquit, Dìsę componere litem,
Quam nequit ętherei scientia cana Fori.
Judicio nostro tamen, haud mage quercus acanthum,
Quam virtus omnes pręterit alta Deas.
Vix ea finierat. frontem tunc explicat illa,
Contrahit at Nemesis, Nobilitasque fremit:
Sic abeunt, vixtrixque Alfonso talia fatur;
Stat facti ęternis gratia sculpta notis.
Ne dubita, et strepitus Fortunę despice vanos
Munera magna quidem me tribuente feret.

Illmo D. Jacobo Antonino

Stant gemmata Fori Patrię super ęthera Iuli
Templa, quibus nescit longa nocere dies.
Hęc miris Procerum late distincta figuris
Illorum titulos, claraque facta tenent.
Illic ante alios videas magnis excellere rebus,
Antonina tulit quos domus alta viros.
Italię dominam spectatum duxerat illa,
Monstraturque tuę ex ordine gentis honos.
Pluribus inde tuas cupiebat dicere laudes,
Cum trepidus primo substitit ore sonus.
Mox ait, hic Patrię columen, Princepsve suorum,
Cui tuba Virgilio rauca canente foret.
Jam ne quisque feret Romano a sanguine duci,
Talia quę felix lumina prole dedit.

Quod

Quod si qui verum rapere in contraria certent,
Hic deus, hic mea lux, hic mihi Cęsar erit.

Al medesimo Signore

Non seppe, a mio parer, mai corpo umano
Lisippo intagliar, pinger Apelle
Simile al tuo, che le nude sorelle
Formar per farsi onor, con la lor mano.
Nè Omero Ulisse con lo stil sovrano
O Enea Maron ornò di così belle
Forme, che su nel Ciel ti dier le stelle,
E porteran da l'uno a l'altro Oceano.
E se Platone avesse visto in parte
Gli abiti egregi, indi n'avria raccolto
Repubblica migliore, e con altr'arte.
Ciò che per fare un chiaro Eroe involto
Hanno le antiche e le moderne carte,
In te, spirto gentil, si vede accolto.

Al Sig.r Daniele

Al Sig.r Daniele suo figliuolo

Vaga saver se negli angusti petti
De' figli innato è 'l suo real valore
L'Aquila suol all'infiammato ardore
Del gran Pianeta espor li pargoletti.
Tal gioisce in mirar i rai diletti,
Che di spirti vivaci ha colmo il core,
Così s'accorge quegli esser il fiore
De la sua prole e pien di arditi affetti.
Stirpe d'Eroi sei tu, e i lumi illustri
Alfonso, e il tuo gran genitor vagheggi
E lor cerchi imitar con opre industri
Onde verrà, che i vanni innalzi, e spieggi
Il Comun volo, e 'n pace, e 'n guerra lustri
Di gloria i più sublimi e degni seggi.

Nella promozione delli Signori Fabio Sforza
e N. N. Treo al Dottorato, e di altri di Udine

Gravido il sen di ricca merce, e carco
D'alti tesori a la gran laurea sale
Il generoso stuolo, e dianzi l'ale
Nobiltà stende, e pietà gli apre il varco.
Catene di fin or dal lucido arco
Di una bocca pendenti e un aureo strale
È la sua insegna, ch' ha da' lati eguale
Penna, che'l leva dal mortale incarco.
Tal giovinetto nella dotta Atene
Marco Tullio ornò la nobil chioma
Di lode, e di maggior condutò spene.
E siccome egli il bel di Atene a Roma,
Questi alla Patria di là d'onde viene
Porterà di belle arti illustre soma.

Tetrasticon

Cum Jove stellata queritur dum Julus in aula
Dona suo Cereris quod neget alma Foro.
Ille ait. haud doleas juvenes pro frugibus hocce
Anno sint tibi, qui gloria splendor erunt.

Nelle

Nelle Nozze
del Sig.r Antonin Antonini
e della Sig.ra Isabella Savorgnana

Arde l'Italia d'alto incendio e Marte
Alfonso l'Antonin stupido mira.
Che acceso il saggio cuor di nobil ira
Fra tutti ha il vanto di valor, e d'arte.
Quinci favella a Venere in disparte
Feconda questa stirpe che raggira
Il mondo con la fama, e gloria spira
Di là che nasce il sol sin dove parte.
Tosto la Dea d'onesto amore accende
Antonin Antonini ed Isabella
Da la gran casa Savorgnana prende.
Poi dice al Dio de l'armi; da sì bella
Copia veggio, che un lungo ordine scende
D'Heroi, così nel Ciel mostro ogni stella.

Tetrasticon

Si potis illustres animas est ferre sub auras
Antonina domus, maximus orbis honor.
Quid modo Nobilium Procerum cum sanguine juncta?
Semideos, vi quid clarius illa feret

Editum in collect. pro Renerio Fuscareno Locumtenente Anno MDCXL. pag. 83.

Quis te, Musa, per insuetas evadere laurus
Ardor agit? flores inter virgultaque tantum
Namque assueta pedem gracili distendere planta
O vires metire, solo ne forte necesse
Sit labi, moveasque tuis tremefacta cachinnos:
At neque nunc turpi jaceas dum quisque fatigat
Ingenium, celeri tenditque per ardua gressu
Segnitie; cuncti libemus nobile carmen.
Ergo age, disce sequi posthac majora, canenti
Tu modo dexter ades, nec munera nostra recuses.
Jupiter ipse cui toto ardent Sydera Coelo
Cerea si qua pię terris dent lumina mentes,
Respicit, atque humiles non dedignatur honores.
Urbs jactata diu, gravibusque exercita curis
Ab Jove Prętorem, Cives qui more parentis
Et regere, et fessis sciret succurrere rebus,
Sollicite optabat, (populis est namque petendus
E Coelo princeps.) ergo pius ille precantem
Audisti, erectum toto misitque Senatu
Heroem, Veneta meritis qui notus in Urbe,
Haud secus ac nitidus splendenti Lucifer Ortu.
Hic atavis clarus, generis si stemmata spectes,
Qui pacis bellique illustres artibus orbem
Implerunt late Patrię de nomine gentis,
A teneris coepit vestigia recta suorum
Unguiculis, magnique in primis facta parentis
Pone sequi, cunctos videas cui cedere primas,

Aut

Aut si cum summis magnum quid nactus agendum
Principibus fuerit, vel si Civilia tractet;
Ac velut in bivio positus, quę plena laboris,
Herculeo de more viam lętissimus intrat.
Quare puer blando, teneros ex tramite ocellos
Detorsit, juvenisque licet sit lubrica multum
Illa ętas, tantum Circeę lictora terrę
Quantum nauta canes, Scyllę vitatque Charibdim.
Totum se studiis abditque dicatque Minervę
Romani eloquii fontes purosque vetusti
Sermonis latices haurit, Parnasia lustrat
Tum juga, Musarum voluitque invisere sedes.
Hinc rerum causas didicit pernicibus alis
Ingenii sublime volans, nunc ima repostę
Viscera telluris reserans; at scripta Platonis
Plurimus, et quicquid cultis Academia chartis
Attica sudavit, digitis, animoque revolvit.
Nec non angusto latum compescere gyro
Orbem, Sydereos motus, Solisque labores
Ac Lunę, obliquasque vias describere novit.
Nemo, quibus jaceat mundi gens partibus omnis,
Aut qua sub Zona, melius narraverit illo.
Tempora, nec mores quisquam scit rectius quo
Si velit a nostro rerum primordia fari.
Quid dicam Patavi lauru cinxisse virenti
Crines? si virtus lauru pręstantior omni?
Ad majora vocor; gravibus jam quippe togatus

Assidet

Assidet Imperii curis, ubi sępe loquentem
Mirati Patres, laudataque copia fandi.
Qualis enim quondam Grays oravit, Athenis,
Fulgure qui socios oris, tonitruque verendo
Terruit, huc movitque animos illuc ve Pericles;
Talis hic ardentes Venetis effundere rostris
Auditus voces; dubiasque incendere mentes,
Et mulcere sciens Proceres dominatur in omnes.
Sponte Magistratus, Patria quas gesserit Urbe,
Pondere pręterea victus, numeroque gravatus
Hęc lętos plausus populi, laudesque Senatus
Pro summis meritis referam, queis nomen ad astra
Illius evectum, nec cętera carmine digna.
Hunc Patres, aut Dī potius, qui sceptra teneret
Urbis Juliade, qua non ardentior ulla
Stringere seu gladios, census seu ferre jubetur,
Delegere Virum, cujus mox nominis aura
Et Cives recreat populumque, et moenia late.
Tum Dryades sylvis lętari vidimus omnes,
Fontibus, et Nymphas, lętari et Numina Templis.
Nec frustra. nostris abyt cito finibus exul
Pręsidis adventu magni fraus, sedula venit
Pręcipitique Astręa gradu, quam lęta pręibant.
Paxque Fidesque sua comitatur Copia cornu.
O mihi si digne Prętor, tua facta liceret
Dicere, te quisquis populos, Urbesque regendi
Sumeret exemplar, Cyros jam nollet a dire.

Prima

Prima quidem Pietas nostro memoranda videtur
Carmine qua Superum sacris intervenit aris,
Quave colit Patriam, toto cum sanguine magnam
Devovere animam, Deciosque novare paratus.
Fluctuat incertus geminę virtutis honore
Justitiam ne prius, seu te Clementia dicat,
Nunc animus. Coelo sed enim natalis utrique est.
Illa cuique suis ęqua dat lance potiri
Rebus, supplicioque reos, ac vindice poena
Insequitur nocuos, humanos altera lapsus
Mitius at tolerat, pectus mulcetque sororis
Has adeo Judexque Paterque exercuit una,
Justior ut nullus, nullus clementior illo.
Haud vacat ut lites facilisque volensque referre
Divitis audierit, questus et pauperis ęque
En venit, extensis quę gestat munera palmis
Argento circum renidens, auroque decora
Rara quidem virtus, nostro sed rarior ęvo
Commemoranda mihi; tristes hęc juvit egenos
Attalicis opibus, largo convivia sumptu
Civibus instruxit, numerosam nutriit aulam.
Oppida cumque Fori Prętor lustraret Juli
Ordine stipatus denso, simul ipsa sequuta est,
Et vasto totos effudit flumine fontes.
Jam te Magna canam tenui Prudentia quamvis
Voce. (tuba fueris cantari digna Maronis)
Felices Utinum tanto sub Pręside solos

Degebat

Degebat, Civestygiis dum septa tenebris
Tela, facesque manu quatiens invasit Erynnis.
Com puere Duces hinc atque hinc arma frequenti
Agmine stipati, gladios jam viscere condunt,
Jam tepidoque vias perlabitur unda cruore;
Pręses, nostra cui cordi stat vita, salusque,
Obvius it, prohibetque nefas, rabiemque retardat
Nuncius ad Venetos Patres velocibus alis
Mittitur, et trepida tandem fugat Urbe pavorem.
His Patrię communis amor virtutibus olli
Conciliatus, honos his, gloria denique parta est.
O Fortunatos populos, si fata tulissent
Hoc Prętore regi plures feliciter annos,
Terra daret vobis segetes inarata feraces,
Lacte citi fontes fluerent, vaga flumina molle,
Aurati flavis caderent ex nubibus imbres.
Nec tamen e nostris genitus discesseris oris,
Rheineri, meritum si quidem, nomenque manebit
Donec Apollo dies lustrabit, Cinthia noctes.
Interea votis sequimur, Divosque precamur
Sis fęlix semper, summo potiaris honore.

(1645)

Andreę Bragadeno cum ad Patrios
lares, Utini Prętura laudabiliter
acta, Veris tempore rediret.

Aspera cedit hyems Veri, nunc frigoris author
Occidit en sidus quodvis; nunc mitius astrum
Nascitur, et lętos Orbi reducit honores;
Hinc minus horrescit Boreas, Zephirique volantes
Aera per vacuum tepidis glaciemque nivemque
Dissolvunt alis, cursum fluviisque relaxant.
Jam stabulis exire pecus, jam visere prata,
Colla jugis, animumque novo submittere amori
Incipiet, niveoque parat distendere lacte
Ubera, queis pascat teneros in gramine fœtus,
Pocula pastori optata super impleat unda.
Jamque et aves mulcere iuvat concentibus aures
Mellifluis, proli nidos intexere ramis;
Lętitia plausuque efferri cuncta videntur
Et vetus explodens spolium juvenescere mundus.
Sępius at nostrum cuicunque hęc nota voluptas,
Et nimium vulgata; modis spectacula miris
Apparent coelo, cupidasque ad sidera mentes
Alta cient. Aries pretioso vellere onustus
Plus solito ętherę nitidos se lampadis ignes,
Pondere ni tanto relevetur ferre recusat.
Virtus ut grata es superis, ut amaris iisdem,
Ut Dis est cordi humanę dare pręmia laudi.

Para

Rara tamen nostro virtutis victima sęclo
Iam cadit ante aras, vitioque litatur ubique,
Quę pravi fuga, quę recti laudanda cupido est!
Hunc insanus amor torret pellucidus illum
Ausi splendor agit, sequitur pars maxima fasces
Plus ęquo, sentesque libens, ac devia quisquis
Calcat, iter planum refugit, refugitque salutem.
O nimium fęlix Heros, qui tempere coetum
Vulgarem suetus, rebusque avvertere ab imis
Gressum, iam cunctis terris, iam cognitus ipsis
Est astris; illi Coelo pecus induit armos.
Tempus enim veniet, Patrię cum Rector habenas
Accipiet, populosque reget, moderabitur unus,
Gentibus innumeris Indo celebratus utroque.
Huc ergo spectant intonsę munera lanę.
Omine fęlici, huc tendunt quę signa videmus
Scilicet, ut solio, regali nataque sceptro
Pulchrior evadat species, tunc alite penna,
Mercurius vestem celesti deferet ostro,
Auroque intesctam, montes qua vertere, et ora
In se se, dabiturque plaga celebrarier omni.
Non tam crinitum sidus, quod fata novari,
Armatas acies et multo aspersa cruore
Bella refert timidusque capillato excitat igne
Mortales, densis hominum spectatur acervis;
Non sacri cineres, aut plures ossa per annos
Ferratis Ferratis cęlata locis, dum tollit ad auras

Sacra

Sacra manus, plebis numero venerantur eodem,
Ac pacis signum, felicis nuncia sędi,
Adriaci tutela maris firmissima, vestri
Et merito; priscas Bragadenę stirpis in illa
Heroum formas Ariadna, Chorique superni
Nimphę, dum texunt aurato stamine amictum,
Arte laboratas pingent exempla Nepotes
Quę totis studeant imitari viribus olim;
Illic magnanimûm in primis spectare licebit
In Thraces, Veneti exitiales nominis hostes,
Fortia facta virûm; bello qui vulnera passi
Occiderint, spoliis insignes quique regressi
In Patriam, tepidum cerno manare cruorem
Illius, occubuit Christi qui martyr opimum
Et generis decus, Adriaci columenque Senatus;
Quos tibi cultores legum mulctare nocentes,
Pręmia digna bonis partiri, auroque labantem
Justitiam ignorare, reis sua linquere dona
Aspicio? primaque Duces quos sede fruuntur,
Auspiciis paribus rursum qui sęcla novavit
Aurea, Cęlicolis facerent ut vota frequentes,
Hac sibi Rectores tribui de gente perenni
Ordine fatorum; seriem post denique longam
Miror Avum nostri Herois, magnumque parentem
Surgere; quale decus nunquam Clarissima vidit
Publica res prius, ęternoque poemate uterque

Cantari

Cantari dignus. Celi pars tincta colore
Panditur hinc glauco, stellisque ornatur amicis,
Natalisque tuus mira subtenditur arte,
Aedes regali solido de marmore sumptu
Vestibus indutę croceis, stratęque tapetis;
Artis opus rarę; cunabula carbasus ornat,
Qui vincit nives, Nimphę dant florea serta.
Ipse tuis blandire, rudes manibusque tenellis
Delicias tractas, carisque parentibus ore
Arrides parvo, primisque puellulus annis
Limina sponte tua docti subis alma magistri,
Et plantis titubas; (mirum) puerilia spernis
Ludicra, sunt tua sunt formosi cura libelli.
Excolis ingenium, Patavi, doctasque palestras
Exerces, purusque lepos, et gratia prisci
Discitur eloquii; latices gustantur ameni
Castalii fontis, numerosa volumina juris
Protinus exhauris latebris dein mystica rerum
Enucleare libet, naturę noscere lites,
Linea quid pariat, Circlus quid, quidve figurę
Tam multę; solis nec non lustrare meatus,
Quę faveant noceantque suis aspectibus astra.
Talibus ad Patrios dives redis inde penates
Artibus, ac veluti lymphis ditissimus amnis,
Dum nimio segetes arent et spicea rura
Aestu, dulce fluit, variisque canalibus undas
Dividit, Adriacę diffundis Civibus Urbis

Thesauros

Thesauros animi; congressu disseris ullo?
Agmine circumstant, pleno profare senatu?
Ore tuo pendent, sumuntque arcana regendi.
Quare Magistratus Patres ac munia mandat
Finibus in patriis, subiectisque Urbibus almo
Imperio, laudatis ubi, tuaque inclyta fama est.
Atquis inexhausti parvo recludere fontis
Vase putabit aquas? longi quis veste laboris
Angusta perstringet opus, licet ipsa Minerva
Audeat hoc textrix? immensos solis arena
Nulla capit, Cęli pręter spatia ampla recursus.
Si pannus Coelum fuerit, discriminet omnes
Pręsidis et nostri laudes mage sedula Nympha;
Non tamen amplecti cunctas, mihi crede, licebit.
Suppleat ars operi tanto; stet maximus Heros
Herculeas superans audaci remige metas
Oceanumque intret versu spectabilis hoc:
Plus Ultra; cuncti noscent excellere factis
Sic veteres Procerem Bragadena prole curatum.
Sed neque laude sua Iulo memoranda carebunt
Gesta foro, domitos Cives ut compede dura
Grassantes gladio fręnaris carcere cęco;
Semper opem tuleris misero, vindexque severus
Punitus noxas, lances sociaveris ęquas.
Utque tibi excudat statuas, et carmina ludat,
Attollatque tuum semper gens Iulia nomen.

Editore

Editiore loco tandem supremus honorum,
Et tua sublimis terraque marique potestas
Enitet; hic Cereris fruges, hic grata Lyei
Munera, nec deerit profuso Copia cornu.
Astantes video Parcas cum stamine longo,
Quę tibi, quę Venetis ęternos fascibus annos
Certatim ducunt; fęlices fata dederunt
Carpere queis dulces auras, et sęcula tali
Aevo, pace frui, vitali nectare pasci.
Et nos fęlices, luces qui possumus hasce
(Nam neque multum aberrunt) vita gustare serenas,
Desine plura precor, mea desine Musa videri
Pręsulis esse tui divinis laudibus impar.

Elogium
Hieronymi Prioli

Tergeminos honores audierat, audierat
Insolitos Quiritum plausus
Grandęvus Pater
Muscosis Tibris in antris
Iam Nuncius Adriaci
Neptuno, maris Regi
Gratulabundus lauru
Gratulabundus palma
Soboles amatę,
Secretas, impervias ulli
Vias iussus erat adire;

Ipse

Ipse modo
Cœrulea indutus, gemmis circum
Stridente trabea
(Ceu olim cum caneret
Virtute auspice non alite,
Alterius Prioli
Apices purpuratos)
Tota ministrorum turba,
Nimpharumque silente,
Fatidico sic ore coepit.
Quantum, proh, quantum summo debet
Roma Jovi, Summo Roma Pontifici.
Non enim sorte, sed Divinis Oraculis,
Sed humanis Rota consiliis.
Sanguine, ingenio, pietate
Clarum habet moderatorem
Quis non attente audiat loquentem,
Cujus ab ore pendeat,
Attica Academia.
Quis vocet in dubium
Quod ipsam et Astrea
Statim probet judicium?
Nunquam ab ullo,
Si verum dici liceat, per anteactos annos
Tantum hausit decoris,
Tantum Rota splendoris.
Vix

Vix Cęlestis illa rota,
Facta propinqua jubis
Ætherei Leonis,
Æque splendet, ac nostra
Radiis illustrata prolis
Veneti Leonis.
Iam ab extremis terrę plagis
Romam concurritur
Prioli responsa, quasi sortes Apollinis
Universę accipient gentes.
Inde nova frequentia, antiquus inde
Splendor erit; eritque (ut uno verbo dicam
Omnia inverso nomine
Roma Amor mundi.
Ergo tanti Viri meritis
Ardenti incipiant conchę
Murice rubescere,
Vosque pannum virgines
Tingere paratę;
Tempus aderit, nec multum abest,
Cum purpuratis patribus
Associabitur;
Neque hic honorum finis, sed in
Vaticano.
Hoc jampridem docuerunt, nec
Tiberim fallere consuevere fata.
His dictis,

Ter

Ter super margine ripę
Innundarunt aquę,
Ter ab imo Jo, Jo Jo
Intonuitque fundo.

Elogium

Condulmerię gloria gentis
magnum
Veneti, Romulei, Italici
decus soli, et Solii
Tota inclarescet terra marique
Jacobi inde oriundi meritis ac
rebus pręclare gestis:
Mox
Sublata isthinc, Cęloque invecta
Immensa solis spacia agere
Discet,
Inglorias hominum mentes
In altum trahere,
Bonarumque artium amores
Quasi imbres pluere
Assuescet;
Nullam unquam patitur eclypsim
Serena semper, lucida semper.
Novo tum Luna splendore
Se victam vix credet.

Palpitare jam cerno
Quotquot huc cupidos intenderit
Oculos Aquilę.
Illa auspice
Suis aget procul de finibus
Non magis ferro, quam œstro
percitos Senatus hostes.
Quin nulli tuto, licet perstrictam
Illic licebit figere
Ingenii aciem;
Nec ulla firmitas doctrinę tanta,
Quę operosa laudum
Non succumbat mole.
Sentiet Altas, sentiet
Recens humeris additum
Alcides pondus;
Unus suis, suorumque palmis
Sat erit ferendis,
Sat erit dicendis
Thetidis sinu exceptus, educatusque
Achillis instar
Mollis, ac severioris disciplinę
Lacte Jacobus.
Jacobus inquam
Belli, ac pacis artibus insignis,
Populos, seque pariter regere validus

Magnorum

Magnorum Principum norma:
Nostri ęvi
Ornamentum, incrementum
Sic auspicata, sic precata
Fori Iulii Civitas est.

Elogium

Edit. in Collet, pro Francisco Ericio Locumtenente anno 1652

Franciscus Ericius
Provincia optime administrata
Patrios petit penates.
Peditum, equitumve catervis
Ociari licet:
Clamores, plausus acclamationes,
Non magni ęstimat
Animus
Unius verę laudis cupidus.
Ericii
Marcellos, Camillos, Catones
Secuti
Patres, Proceres, Principes
Esse malunt quam videri
Severitatem
Non magis foris quam intus
Servant,
Nec auro, nec aura
Molliuntur.
Specie tantum

Recti, honestique
Mirifice delectantur
Justitię litant modo,
Justitię
Victimas, jugiter immolant,
Quęque ex illa oritur
Hanc venantur laudem.
Vivas
Ergo diu felix
Pręstantissimum virtutis genus
Patrię, atque
Universo simul orbi
Ad palmam ad gloriam
Exemplar, et norma

Duo Epigrammata
Hieronymi Sini, in oppido Sancti Danielis
olim Litterarum Professoris
Philippo Regi Hispaniarum

Stampato nella Raccolta di Poemi.. di diversi nobili ingegni del Friuli per la Real Fabbrica dell'Escuriale..

Montibus imposuit montes manus impia fratrum,
Aetherea ut profugum pelleret arce Jovem.
Montibus imposuit montes tua dextra, Philippe
Inferat ut patrios in nova templo Deos.
Par vis, sed dispar meritum, cum truserit illos
Impietas, pietas te super astra ferat.

Ille senex sapiens vestri cognominis autor,
Dicitur infamem rex aluisse gregem.
Quis mihi non unum tantum concesserit ignem,
Dum cadit in niveum cana pruina caput.
Algentem lascivus Amor me ridet et inquit
Pellice dimissa, quid Salomonis habes.

Epigr. N. N.

Exertam ad fontem suras nudare Viator
Altius ancillam quę latuere rogat.
Pacta meri pretium hęc germana, reiectis
Vestibus ad tenerum deteget usque femur;
Accepto mox ęre avertitur, inque supinas
Prona nates, gratis hos, ait, Hospes habe.

In Nuptiis N. D. Federici Portis cum
N. D. Lavinia Maniaca
Epigramma

Haud secus his Portis renidet Federicus in oris,
Ac sol dum longos parturit auge dies.
Iuliacas inter Maniaca Lavinia nuptas,
Ceu roseis inter sydera Luna comis.
Quin vestra victi palma sol, Luna rubescent,
Vos maior terris plausus, honosque manet.
Illi namque polo, coeunt dum lege jugali,
Mox orbis partem nigra caligo tenet.

Vestra

Vestra dabunt nobis lętam connubia prolem,
Quę totam valeat luce novare plagam.

Sonetto

Nel Giulio foro in dolce ameno sito
Vidi un inesto in varie guise ornato,
Questi d'antiche, ed alte piante è nato
Che 'l frutto fan d'onor almo e gradito.
Il Tago de l'usato corso uscito
Con l'indorato pie ti scorre a lato,
L'aer spira d'intorno odor sì grato
D'onestà, che a mirarlo è dolce invito.
Celeste grazia il bagna, e i luminosi
Rai sempre scaldan per destin fatale
Gli Dei, le Dee sono di lui gelosi,
Amor custode, che io conobbi a l'ale,
Che ti par, disse, ed io ratto risposi,
Opra parmi di Dio, non d'uom mortale.

Su lieve pin d'onor sovrano acceso
Il Garzon Greco con vittrice stuolo
Presse a Nettun il dorso, e 'n lieto volo
In Colchide approdò sicuro e illeso.
Qui la spoglia dorata ave disteso
Con l'arte, e con l'ardir il Drago al suolo,
Onde il nome di lui di Terra al Polo
Sale vieppiù che di Mida e di Creso.
Tale Rienier a vera lode intento
Fregiato venne di virtudi illustri,
E ciò che di reo fu, ha vinto e spento.
La Mercede dei suoi sudori industri
E la gloria, ch'a par degli Orbi cento,
E cento rotar veggio anni e lustri.

Nell'originale è scritto il presente Sonetto dopo il componimento per Reniero Foscarano —
@

In obitu Virginię Valvasonę
Epigramma

Sic erat Utineas inter Virginia nuptas,
Ut Graias inter pulchra lacęna nurus
Illam quoque suo ditavit munere Pallas
Ingenio, Iuno dote, decore Venus.
It tamen e thalamo tumulum, crudelia fata,
Sicque perit matris, conjugis, Urbis amor.

De Regina Svecię
Epigramma

Iam lecto poteris secretos ducere somnos,
Et positis armis, Svecia, pace frui.
Ore, manuque potens cunctos Regina subegit,
Invictus ferro victus amore cadit.
Ardua res hosti geminum fit vincere sceptrum
Bina tibi presunt numina, Mars et Amor.

De eadem
Epigramma

Obliqua Svecos pigeat ne vivere sphęra,
Reginę facies sufficit una suę;
Hęc tristes manes umbras Erebique nocentes,
Efficeret lętos, discuteretque procul.
Quin magis ęthereos Cives ea sola bearet,
Quam Venus, et Iuno, quamque Diana simul.

Tetrasticon

Dum videt eximiam Reginæ Suecia formam,
Caitaque mille sui fortia Regis, ait.
Omnibus hic Mars esse potest, quem prælia tolem,
Insuper et Veneris teda, torusque probant.

Nobilissimo Principi Academiæ
Hieronymo Gradonico
Epigramma

Ite procul molles somni, procul ite nocentes,
His superesse locis ocia nulla velint.
Huc labor, huc studium celeres advertite plantas,
Principis id clare nobile stemma docet.
Orphea num juvat Euridicen revocare sub auras?
Ecce per hos poterit Tartara adire **Gradus**.
Aetheris an puras optat quis discere formas?
Non opus est uti vertice, Olympe, tuo.
Ibitur hac Scala Coelis, Academica pubes,
Hoc duce, quid Coelum fiet et ipsa novum.

[illegible] collectione
ann. 1652.
p. 7.

Sapientissimo Principi Academiæ
Philippo Caimo
Tetrasticon

Cajme, novum propone tuo Problema Lyceo,
Iam patet hoc clarum lumine fitque tuo.
Quæ nitet in te doctrinæ præstantia, dignam
Hanc equite, hanc omnes Principe Rege putant.

Admodum

In Collectione anno 1652 pag. 16.

Admodum R. P. Concionatori
Cyrillo Turriano
Epigramma

Elogii dicam virtus pietasque Cyrillo
Quanta sit? astra prius dicere posse putem.
Si scelerum vulgata resurgat machina coelo,
Ipse suos Satan, ~~et~~ sollicitetque fabros.
Eludet mira Sermonis id arte Cyrillus,
Ut pater omnipotens jam Babylonis opus.

Tetrasticon

Est tumor, estque livor turris, gula, rixa, libido,
Turris amor numi, turris et alta quies;
Deicit una tamen cunctas sacra, doctaque turris,
Quam totus Phlegeton, Tartara tota pavent.

Tetrasticon

Non quod eant homines gustatum mella Cyrilli
Miror ego densum non volet agmen apum.
Nec quod is humanas possit sic flectere mentes,
Marmora sed templi, non moveat que trabes.

Super Gallo aurato, stemmate Cyri Regis Persarum
Tetrasticon

Sum fateor vilis multum, licet aureus ales,
Lingua deest auro pluris habenda mihi.
Aurea si vero prestet sua verba Cyrillus,
Tunc Cygnos gallus vincet, et ille Cyros.

In

Edit. in Collectione in Jacob. Condulmerium Forojul. Prætura abeunte ann. 1652.

In discessu Illmi Provisoris Civitatis Fori-Julii
Epigramma

Subdita magna Jovi pars est, pars magna Saturno,
Pars Marti, Phebo pars hominumque iacet.
Mercurii sequitur nutus hic, et imperat illi
Alma Venus, Phębe ius habet inque suos.
Qui Coeli deus omne sibi sic vindicat, ipsi
Jam non pars, totus subditus Orbis erit.

Eidem. Tetrasticon

Tunc bene conciliat terrenos Pretor amores,
Cum fuerit Divûm conciliatus amor.
Si colit en colitur, si temnit, temnitur ipse,
Non aliter pietas, quam pietate datur.

Eidem Disticon

Non obit hęc, sed abit, didicitque a sole vicissim
Fundere lux omni lumina grata plagę.

In funere Petri Tritonii
Cataphractę militię Ducis
Epigramma

Quisquis Gradiscę dubitas sub męnibus altis
Credere Tritoni fortia facta Ducis,
Helvetii referent, Belgę, tum Mantua, Parma
His majora tibi, somnia quęque putes.
Vis dicam vere quantum jam credere debes,
Marti, nec fallor, crede fuisse parem.

Eidem

Eidem Epigramma

Has pietate reor positas tot, tamque frequentes,
Spiritus ut repetat purior astra, faces.
Lumine nam quid opus tumulo, qui nomine splendet
Sat sibi, sat generi, sat patrięque suo.
Cęsaris obscuro, Pompeique erit ante reposta
Bellica, Tritonî, quam tua fama loco.

De recuperata salute Illmi Pretoris
1650 Jo: Francisci Pisani
Epigramma

Felices fortuna dies, felicia vidit
Ad populos Iuli sęcla redire fori.
Pręsidis ergo necem diro parat invida morbo;
Audiit ast Patrię vota, precesque Deus
Cur sic? quod fęlix tantum fit Pręside tanto,
Iulia gensque omnis, si cadit ille, cadet.

Illmo Pretori Francisco Ericio
occasione Problematum Academię
Epigramma

Venit ab Elysiis Academi littera campis;
Quo jacet Elysium quęritur inde loco.
Si sint et sapiens Academus, et illius alma
Elysium requies, quęstio nulla manet.
Omnibus hic Pręses Academis clarior extat,
Ericium dicent Elysiumque modo.

Nec

Nec mirum, mirum potius nisi Jupiter orbem
Dividet, aut fierit munera, sede pares.

In Problemate
De novo hospitio Appollinis

Post juga Parnassi sedes aptissima Phoebo
Arx erit Ericii quam regit equa manus.
Hęc sacri laudes mentis complectitur omnes;
Non Musę deerunt, non studiosa cohors.
Quod nisi continuo properes, mox undique fama;
Ericię radios lucis Appollo timet.

Epigramma de pręrogativa artis Venatorię
Super Aucupatoria, et Piscatoria
Tacito Principe Academię.

Sub Tacito Cephalus contendunt Glaucus, et auceps,
Primus in arte cui sit tribuendus honor;
Hinc Aquilę veniunt, cete, veniuntque leones,
Auxilio partis magnaque turba suę.
Victor erit Cephalus, vulgus jam murmurat omne?
Quod Leo sit Veneta clarus ubique Toga.
Quin decor hericium nostri, quod Pręsidis ornet,
Tum Tacitus judex, inde sequutus ait:
Non tam nobilitat toga, non tam regia sceptro,
Quam virtus sceptris clarior atque togis.

Edit. p. 42. in Collect. in Ericium 1652

In discessu a Provincia optime administrata.
Epigramma

Ericius colitur, vulgares cedite cultus
Elide non omnes una corona decet.
Virtutes equis alię stant sedibus altum
Justitię solium, nobiliorque locus;
Sic pariter justus populis ut numen, haberi
Debet et insolito Prętor honore coli.

Tetrasticon

Ericio ut statuę fiant en marmora, Cives,
Qui tanti meritis obstupuere viri.
Sed nec opus statuis, hominum qui mente perenni
Virtutis statuit tot simulacra suę.

In Petrum Dianam Physicum
virum eruditissimum in Academia Fiscum
Tetrasticon.

Iventata certant auceps, venator arena,
Piscatorque simul, Juno, Diana, Venus.
O Venus, ò, clamat tunc turba, miserrima Juno
Hoc sine fronde stetit quando Diana loco.[2]

Epigramma

Eccelentissimi D. Petri Dianeę

Est tibi nomen idem retulit quod Troius, ortu
Cujus in infausto signa fuere faces.
Non idem morum cultus, nec fata tulerunt
Sidere sub simili te, Phrigiumque virum.
Impuros Veneris, cęcosque Cupidinis ignes
Concipit, et venis nutrit adulter amans.
Tu nitidas flammas, doctas quin Palladis artes
Elysiumque sacrum, sacraque jura colis.
Hesperus ille suę exitium, probrumque vocetur,
Tu Phoebus Patrię vita, decusque tuę

Carmina

Admodum Reverendi Domini Jo: Baptę Bossi.

Aucupis et Cephali et Glauci dum jurgia tanta,
docto O Paris, et docto carmine bella canis;
Pręsulis et nostri sedas dum stemmate primo
Primum dasque locum, pręcipuumque decus;
Haud equidem fallax sentis, sensumque recenses,
Qui veris rei non sinit esse dolum.
De forma Diana, Venus cum Pallade Juno
Certant: per Paridem pręstat utrique Venus.
Expetit et primum flagrans venatibus ultra
Sumit per nostrum iure Diana locum.
Prima refert pomi iudex pręconia mentis,
Iudex venatus iste secunda tenet.

Responsio

Diffluit ingenii passim tua vena, Joannes,
Spargitur et late carminis unda tui;
Si Paris Ideę litis fuit arbiter olim,
Sventataque fui nunc novus ipse Paris,
Judicio submissa tuo jam Cirrha quiescit,
Tota tuo Phebi pendet ab ore cohors.

Illmo Comiti D. Alphonso Antonino occasione Problematis, in quo quęrebatur quisnam ferendis litteris Academo in orbem lunarem magis esset accommodatus.

Epigramma

Quęritur Alphonso coram quis in ęthera scandat?
Lunares quisnam possit adire globos?
Astrologi valeant, valeatque triangulus omnis,
Alphonsi properet carpere quisque vias.
Per Batavos, Rętos, Italos, vos prefuit olim
Sępius in bello nobile cępit iter.
Quid mentem referam terrę, Cęlique capacem?
Quid virides lauros, et decus omne sequar?
Sed nec in orbe volet lunari sistere gressum
Terminus Alphonsi summus honoris apex.

In funere Comitis N. Manini

Epigramma

Non rosa vere novo terrę non tantaque Coelo
Gloria Sol, Utino quanta Maninus erat,

Pulcher

Pulcher in ore foris, sed multo pulchrior intus,
Hebdomada sacra victima cara Deo.
Jam te iam solare parens, aut vivere semper
Debuit, aut quando mortua vita, mori.

Comiti Hieronymo Valvasono
Epigramma

Complevit regimen Pretor, parat agmen eunti
Urbs equitum, curas Hieronymusque capit
Invida sed tantam turbat discordia molem;
Mars dubitat vinci fronte, decore Ducis.
Corripit inde dolor Numen, res placat, et inquit,
Invideam natis an pater ipse meis.

Admodum R. Patri Joanni Paulo Stupa
Concionatori disertissimo.
Epigramma

Edita pag. 40 in collect. in P. Stupa ann. 1654 cum alio Distico quod hic desideratur.

Unde tuis animos notis ita flectere nosti?
Insolitus fandi ducitur unde vigor?
Quam flammis cerę, tam saxea corda liquescunt,
Cum pius in dirum te scelus ardor agit.
Aethereo nullus verbo penetrantior ignis,
Non igni stupa dulcior esca datur.

Disticon

Qui facit eloquio attonitas ut marmora gentes,
Hic non Stupa quidem, sed stupor orbis erit.

Rm̃o Can:co Antonio a Bonitate
Disticon

Munera parva licet nostri ne spreveris horti,
Vera Bonę proles si velis esse domus.

In ędibus D. Iulii Torsi

Dī te, pace diu servent, domus alma, beata,
Ipsa quoque hospitibus cor, animumque beat.

Quod in muro rudi carbone scripsi anno 1651

Quod carbone legis scriptum ne despice carmen,
Nobilis ardores intus Amoris habet.

Tetrasticon Medici Petri Dianę
(tempore Bachanaliorum)
ad Cupitam, qui ab eo petierat, quomodo
posset diu vivere.

Quo possis vini cupidus producere vitam
Si Cupita cupis discere, disce modum.
Vina cupit nimius, cupis stent vina Cupita,
Vina cupit medicus, vina Cupita bibat.

Responsio Cupitę

Scilicet id curat, leges Cupita bibendi
Discere, quaque cito terminet arte dies.
Vivunt quando bibunt, sitis est mors atra Cupitis,
Si vino parcunt, impia Parca venit.

Paridis Cironei

In

In Funere
Comitis Alexandri Manini

Heroes inter cogitat quid sedula tantum
Quo det Alexandro fama sedere loco?
Quin magis ipsa locum cogitet, quem poscat ab illo
Supplex, jam primos cedere jussa gradus.
Non modo qui celebres fama, sed fama Maninis
Submittet fasces fascibus ipsa suos.

Urbs Divo Eugenio
Disticon

Eugenî mi care, tibi cor offero totum,
Divino plenum des ut amore tuum.

Divus Eugenius Urbi

Urbs mea cara, meum tibi totum clauditur arca
Cor, nec enim possum non redamare tuum.

In funere Illmi ac Rmi D. Marci Gradonici
Patriarchę Aquilejensis
Tetrasticon

Cor Utini Marcus moriens Patriarcha reliquit
Capitulo; novit quod sine corde foret.
Quid fieret certe, successor ni foret illi
In solio frater, munere, laude pari. –

Ven.

Ven. Patri Bonajunctę Vicentino
Concionatori Utinensi Ordinis Servorum
Epigramma
Super Concione habita de Antichristo

Edit. in collec. p. 26 an. 1656.

Majores Erebi furias, magis horrida monstra,
Vulnere lethali dum tua lingua ferit.
Spargitur arrectis hominum stupor auribus ingens,
Ac talis tota rumor in Urbe sonat:
Aut hic Elias est, aut certe igneus extat
Spiritus huic vatis, fulmen et ore gerit.

In funere
Illmi ac Rmi D. Marci Gradonici
Patriarchę Aquilejensis
Epigramma

Prisca suis Marcum fastis Aquileja recenset,
Qui sacrę primus fert grave sedis onus.
Sustinet hoc Marcus nostro quoque tempore pondus,
Nec validum robur machina tanta gravat.
Sunt ambo clari, supremos alter honores
Atlantis, magnos Herculis alter habet.

Iulius Tursius Prior
Majorum suorum
Vestigiis herens, ac lateri
suo latere stravit
An. D. MDCLV.

Excellentissimo N. Theupolo
Generali Palmę
Epigramma

Quos magis insignes egit jam Roma triumphos
Vix credam meritis pręmia digna tuis.
Sanguine Pompeius populos, et Sanguine Cęsar
Subdidit, ipse modo nobiliore domas.
Dat virides belli, pacisque ars inclyta lauros
Illa feris similes, nos facit ista Diis.

Sapientissimo Principi Academię
Jo: Francisco Sbruleo

Sbrulee, magna tui jam vis est cognita Galli,
Principis eximii dum geris ipse vices.
Par honor est Galli fortes terrere Leones,
Ac juvenis doctos vincere posse senes.

1655 Illmō Locumtenenti
Nicolao Venerio
Epigramma

Laus aliis in fine, tibi vel muneris ipso
Ingressu debent laurea serta dari.
Vix Patrię fines, Utini vix męnia tangis,
Et jam sunt meritis omnia plena tuis.
Nunc scio, tutelare feras cur stemmate Numen;
Ex alto est virtus, quę tua sceptra regit.

In occasione Sedis Pontificiȩ vacantis obitu Innocentii Decimi anno 1655.

Morforius & Pasquinus

Morf. Cur, Pasquine, novi sic tarda creatio Papȩ?
Pas. Nescis? quod veteris sit cito facta nimis.
Morf. Quem, dic quȩso, putas Papam nunc esse futurum?
Pas. Papali solio qui minus aptus erit.
Morf. Ergo nullus erit finis, meta nulla malorum?
Pas. Nulla; Deus mundum perdere, credo, parat.
Morf. Nos miseros, Pas. Demens, miseri, queis vita beata,
Pas. Nobis nil peius nasci aliquando potest.
Morf. Nil? Si Roma suo Dominos de sanguine Papas
Pas. Sensit ac externos sentiet esse Patres?
Pas. Non. Sed vis verum fatear? dant ordine Papas
Cum bona Roma bonas, cum mala, fata malos.

Admodum R. P. N. N.

Epigramma

Cum puer in cunis esset, Demosthenis almo
Favum (sic ajunt) ore locavit apis;
De te quisquis idem sentit, quod nectar ab ore
Dulce tuo, mellis copia multa fluit.
Quid? libavit apis roseos Demosthenis hortos
Terrȩ, Cȩlestes est tuo pasta thimos.

Adm. R. Patri Jo: Baptę Calcio Salernitano
Ordinis Capuccinorum Concionatori Utinensi
Epigramma

Non oculos ita spectatum trahit Iridis arcus,
Cornua sint vario picta colore licet,
Ut trahit auditum mentis purissimus oris
Arcus, et eloquii forma, nitorque tui.
Pingitur Iris enim mundani lumine solis,
Sol tibi Divinus spargit in ore decus.

Eminentissimo Othobono
Tetrasticon

Etsi longa dies animi fert sępe labores
Secum, non ętas auferet ulla tuos;
Est Aquilę calamus calamo prętantior omni,
Temporis et pennas rodere penna potest.

Disticon

Cerno Aquilas, cerno Papam. dat namque coronas
Papę sola Aquilis, et diadema manus.

Eminentissimo Cardinali Othobono, cujus stemma
est aquila coronata
Epigramma

Quod simul ingenii laudes complecteris omnes,
Quod Rota sit solio nobilitata tuo,
Quod sacra splendidior per te sit Purpura multo,
Quod secura Petri per mare navis eat,

Nil

Nil mirum. Patrię sic poscit, sicque penatum
Gloria; nil Aquilę, nil Leo vile ferunt.

De oratione habita post novum Pręceptorem
Seminarii, in primo sui muneris ingressu.
Epigramma

Dum Saxo similem te fingis, et ore diserto
Omnes prę nimio saxa stupore facis;
Mercurio potius similis, similisque Medusę
Appares, imo cedit uterque tibi
Vertere namque potes homines in saxa loquendo,
Inque homines pariter saxa docendo potes

De Ven. Societate Jesu

Dum templis divina doces, humana Lyceis,
Tollitur e mundo nox oriturque dies.
Non minor ergo tibi, quam soli debet haberi
Gratia, quin major, major honorque tibi.
Corpora sol hominum, mentes tu lumine spargis,
Eclipsis radios non tegit ulla tuos.

Excellentissimo Physico Petro Dianę

Tot clarus meritis es, tanta luce Diana,
Ut sis multiplici dignus honore coli.
Philosophi non, non Medici, non una Poetę,
Non oratoris sola corona satis;
Idque patet cunctis, sed (ni tu disceris) omnes
Quę primo dubitant sit tribuenda loco.

De Elogiis Rmi D. Eustachii Frumentarii
Canonici Utinensis

Prisca quod elogii tibi sit vis, non ego solus,
Hoc Utinum sentit, sentiet Orbis idem,
Certa cuique manet pariter sententia te nunc
Non modo majorem, sed nec habere parem.
Credimus hoc omnes tandem, qui vivere semper
Das aliis, nullo tempore posse mori.

Excellentissimo Physico

Est gravis in te, sed morum gravitate senectus,
Canicies animi, caniciesque comę,
Maximus Hippocratis, Galeni maximus usus,
Mens vero summo tota dicata Jovi.
Hinc tua vis ingens, qua morbos ejicis, extat,
Unus fers artis, fers pietatis opem.

Paulo Nani Prętori, et Patrię Deputatis.

1654. Debeat an mutata parum, seu Camera multum,
Forma cuique satis monstrat et ipse locus.

1658. Illmo ac Rmo Io: Delphino Patriarchę Aquileję

Prostratos Aquileja suos sat luxit honores,
Desinat ulterius tristia fata queri.
Amplas nolit opes, turritaque męnia quondam
Flere, domi partum, militięque decus.

Indigetum

Indigetum cesset lachrymans meminisse parentum;
Præsule sub tanto gloria prisca redit.

Eidem

Ornavit Cælos navi, dum conderet orbem,
Delphinoque sua Juppiter ipse manu.
Ornavit terras navi Jovis inclyta proles,
Navi, quæ multo cincta cruore fuit.
Delphinus deerat; fato sic ergo jubente,
En sedet in puppi, tensoque vela regit.

Pro Illmo ac Rmo Hieronymo Gradonico
Patriarcha, qui die sancto
Nativitatis primum Ecclesiam ingredi Utinensem
et Missam celebrare debuit, ni paulo ante
extremum diem obiisset.

Quo die Salvator stabulo, foenoque recumbit,
Hocce sui ingreditur Pastor ovile gregis.
Stat veri ante oculos illi Pastoris imago,
Hanc tota recolit mente, cupitque sequi.
Quod nisi oves properent omnes ad pascua Cæli
Ire, sua miseræ sponte perire volunt.

In primo adventu Exmi Joannis-Raimundi Fort,
Medici Civitatis

Adventu, Raimunde, tuo Sol æthere fulsit,
Per multos latuit qui tamen ante dies.

An tua

An tua tam virtus sublimis ut imperet astris?
Aeris, ut morbi, vis tua jussa facit.
Novi ego; sic te Aesculapium esse professus Apollo
Non hominem; nato prestitit hocque pater.

In morte Accipitri Co: Manini Manini
Distichon

Stat Comes accipitri suspirans in morte Maninus;
Hoc nil pernici dulcius esse potest.

In obitu Musici Veneti magni quidem nominis,
qui vulgo Juppiter vocabatur.

Quis neget, urbe Jovem Veneta te jure vocari?
Quis vero similem te neget esse Jovi?
Juppiter in Cycnum Ledę se vertit amore,
Alitis et dulces edit ab ore sonos.
Tu quoque dum moreris cantantes inter olores,
Et Cycnus simul, et Juppiter esse potes.

In obitu Com. Alphonsi Antonini

1657. Dum Cęlo fertur nostris Alphonsus ab oris,
Obsecrat in Sphera Mars residere sua.
Obsecrat, et Phoebus, duplici quod dignus honore
Sit bello Clarus, conspicuusque Toga:
It tamen ille, refert donec Jovis orbe coronam
Justitię, Divum conciliogue sedet.

In

In Illmum Patriarcham

Quis non ingressum quovis, Gradonice, triumpho
Majorem multo dixerit esse tuum?
Obvia nobilitas omnis venit ordine longo,
Consertis fertur plebs numerosa globis.
Surgeret Urbs quoque, si posset de sedibus imis
Et tanti moles ponderis esse dolet.
Montibus ex altis Echo clamore resultat,
Vocibus ac lętis omnia plena sonant.
Intima si vero spectes, mihi crede, minora
Sunt multo, dices, publica suntque nihil.

Illmi, ac Rmi D. Hieronymi Gradonici
In primo ingressu in Urbem et Diœcesim Aquileję

Virtutis summos apices, Aquileja, licebit
Scandere nunc, veri celsaque regna Dei
En Cęlo rursus Gradonicę pręstita gentis
Scala tibi est; magnum fata dedere Ducem
Hęc (puto) scala Jacob noctis jam visa per umbras
Aliger hic nitida missus ab arce fuit.

In funere Com. Hieronymi Manini

Urbs dolet extincto placidos perisse Manino
Mores, ora cui, cordaque mellis erant.
Ille Comes dici meruit, qui comis honorum
Maximus est animos conciliare sibi.

Ne

Ne tamen, o doleas, Utinum, nam tota superstes
Mens viget in natis officiosa Patris.

In funere infrascripti D. Jacobi Antonini

Quid moror irriguos lachrymarum spargere fontes?
Cur mea non largis imbribus ora madent?
Non unquam tam justa fuit mihi causa doloris;
Spes omnes secum, mors tulit una meas.
Vos tamen excuso, lachrymæ, ni curritis amplo
Flumine, qui rapuit cor, rapit et lachrymas. . lachrymas

In funere ejusdem Com: Jacobi Antonini

Sol nostro nitida decurso lampade Cælo,
Lumen ad Antipodas mobile ferre solet;
Antoninus, ubi meritis humana replevit
Cuncta suis, manes luce replere parat;
Tantus enim splendor renidet virtutis in illo,
Semidei quantum vix habuere viri.

In obitu Comitis Jacobi Antonini
Epigramma

Qui foris officio meruit, meruitque per amplis
Extructis opibus, consilioque domi;
Qui meruit castris equitum dux, quique Lycæis
Qui templis meruit, Cænobiisque pius;
Qui nil urbe potest, nil amplius Orbe merere,
Hunc merito superi sidera ad alta vocant.

In victoria

In Victoria Venetę Reipublicę contra Turcas anno 1656

Intrepidos Thracię Venetos invadere classem,
Innumerosque Deus conspicit esse Thraces.
Sic mea, tunc ait, est pietas neglecta per orbem;
Regibus ac Ducibus sic mea spreta fides?
Nominis una mei memor est Respublica tantum
Si perit, Imperii pars mihi nulla manet.
Convocat hinc Superos, et telis desuper hostes
Insequitur, Venetis clara trophęa parit.

Rmo N. N. Episcopo Aemoniensi, qui ob functionem Olei Santi ab Illmo a Rmo Patriarcha Hieronymo Gradonico Utinum missus.

Epigramma

Cum tibi pro meritis nequeat persolvere grates
Capitulum, dederit ni sua corda simul;
Ecce libens dat, tu munus ne despice tantum.
Hęret amor cordi, majus amore nihil.
Est cor, est amor, esca dapes hominumque Deumque,
Quisquis es, hoc nostri pignus amoris ama.

Eidem. super pallore vultus

Epigramma

Pugnant hinc (fera pugna) Satan, Fulgentius inde,
Nobilis in dubio palma diuque manet.

Sternitur

Sternitur alter humi tandem, nil lęditur alter;
Inficit hostilis pulchra sed ora color;
Quid mirum? Cęlo nubes non dissipat atras,
Quin maculet vultus Phoebus et ipse suos.

Eidem

Super tela noviter extenta Pulpito

Epigramma

Frigidus humentes aer ne lederet artus,
Dum tibi Divino pectus amore calet,
Mellis ne qua tui tam dulcis gutta periret,
Fama fuit, panno pulpita tecta novo.
Novimus at tandem ne quis te tollat in altum,
Illa tegi, Superis associetque Choris.

In visitatione Illmi ac Rmi D. D. Jo: Delphini
Patriarchę Aquileję

Epigramma

Quo Sol Zodiacum sacras hoc visitat Aedes
Delphinus studio, suntque labore pares.
Tot tamen annorum spatiis, quibus astra recenset,
Sol illo nondum sustulit orbe feras.
Una Delphinus monstrum vice corripit omne.
Quid non ingenium cum pietate potest?

De discordia

De discordia inter Germanos et Gallos.
Epigramma

Occiduas ne plagas Germanus, Gallus Eoas,
Aut Boreę hic fines incolit, ille Noti;
Quod non inter eos studium, non prona voluntas,
Non mutuus fuerit, sitque futurus amor.
Moribus hoc (puto) fit variis; est altera vana,
Impia gens, ipsis altera cara Deis.

In electione Imperatoris N. N.

In magno soboles solio sedet inclyta tandem,
Austriacę meritum prevaluitque domus.
Nuncius accipitur toto cum plausibus orbe.
Accipitur Cęlo. Gallia sola dolet.
Cęsaris ex quo capta fuit victricibus armis
Cęsareos timuit semper, adhucque timet.

In obitu Comitis N: a Fana
Epigramma

Fannia stirps ramum tulerat qui proximus astris
Factus erat patrii gloria rara soli.
Verum (proh dolor) hic fato divulsus acerbo
Est, vitę medium vixque peregit iter.
Quod nisi Parca cito rupisset stamen, obire
Non ullo poterat tempore, sed nec obit.

In laurea

In laurea Exmi Comitis Io: Iosephi a Porta
Epigramma

Non omnes frondes, tua quas habet arbor, Apollo,
Nunc cape; serta decent hoc pretiosa caput.
Gratia quem pavit, Pallas docuitque per artes,
Non nisi de lecta laurea fronde juvat.
Ne ve putes, lauream Portę sic esse decoram,
Ut non sit lauro, non tibi Porta magis.

Admodum R. Patri Jacobo Zachia
Concionatori eloquentissimo
in cuius stemmate sunt Griphus et Agnus.
Epigramma

Impius est griphus, seu grypho turpior omni,
Pulchrior est agno, candidiorque pius.
Quam bene, quam, Zachia tibi stat stemma tuorum,
Qui gryphos agnos sępius esse facis.
Hoc est Amphion vere, hoc est Orpheus esse
Hoc est esse supra plus quaque quam sit homo.

In primo ingressu Illmi ac Rmi Io: Delphini etc

Dum surgit Christus tumulo de morte triumphans
Ad nuptę thalamos it Patriarcha suę
Lucis ad ęternę vocat hic nunc gaudia nuptam;
Hoc monet, hoc festus si sapit illa dies.

Audiat

Audiat ergo. Dei ne voces audiat, illas,
Ex te, stulta, dolor perditioque tua;
Inclyta Delphinus Veneti pars ante Senatus,
Nunc erit Ecclesię vita, salusque meę.

Eidem

In primo ingressu ad Ecclesiam Utini
Pascali sancto die.

Expectata diu venit lux aurea tandem
Ecclesiam sponsam sponsus adire parat.
Conspicuum renidet fulgenti murice templum,
Aere cavo magnum Turris inane sonat.
Auratas Civem vestes, ostroque decoras
Induere, ornari plus solitoque juvat.
Multiplici est mollis panno via reddita plantę
Scinditur in geminum densaque turba latus.
Obvius it Clerus ritu, pompaque solemni,
Ipse dies sanctus percipit inde decus.
Verum lętitię id caput est, ea summa voluptas,
Quod superi plaudunt, annuit ipseque Deus.

In funere Comitis Ludovici Manini
Epigramma

Qui Croesus fieri potuit Crassusque superbus
Qui Venetus factus nobilis isque potens,
Qui magnus Patrię splendor, cunctisque timendus
Extitit, et fama notus ubique sua,

Sub

Sub Cinerum tempus moritur; quod, judice morte,
Optimus esse potest gloria tanta Ciris.

In Editione historię Henrici Palladii

1659 Parnassi latitans ima sub rupe Minerva
Visa fuit męstos ducere flendo dies:
Mars contra sacri residens in vertice montis
Sorte adeo lęta plaudit utraque manu.
Sed variat fortuna vices; et tristis eodem
Tempore Mars, hilaris facta Minerva fuit.
Rumor enim sparsit nostri miracula sęcli,
Edita Palladii scripta fuisse viri.
Dicitur, et Cęlo Martis quod stella sit alta
Lapsa, vel eclypsi sit cooperta caput.

In editione historię Henrici Paladii

Epigramma

Tolle moras, liber, exi jam pulcherrime partus:
Musis proh tecum gaudia quanta feres.
Qualis in adventu Solis fit splendor Eois,
Fiet Apollineis, te veniente plagis.
Palladis hoc opus est, nec enim tibi nomen inane
Ipsius est tantum, mella sed oris habet.

Hoc, quæque sequuntur edita sunt in fronte libri, minime vero quod præcedit.

Epigramma

Militię claros homines hęc illa togaque
Gens parit: at duplici rara decore nitet.

Hęc

Hęc tibi laus primo debetur Jullia tellus
Auctoris remanet vis generosa tui.
Palladis hic plures, plures sunt Martis alumni
Nec minus hoc Lauro, crescit Oliva solo.

Disthicon

Nuntia sic, Henrice, puto est tua pacis Oliva
Arma tua cedent Pallade victa togis.

Questus Alaudę de novo aucupio

Epigramma

Non obscura mihi fuerat nox ante timenda,
Solus quippe dies insidiosus erat.
Tempore nunc auceps omni sua retia tendit
Astruit et variis funera dira modis.
Fallitur ille tamen; faciet sic stultus alaudas,
Ut jam non noctu, non capiatque die.

Novo Pręceptori in Seminario Patria Veronensi

Quod pia melifluus Catharinę gesta recenses,
Audiit arrecta Delphicus aure Chorus;
Nox orator, ait, nostris discessit ab oris:
Si quis scit vacuus, scire cupitque locus.
Hores ille tuos Parnassi credit honores,
Euganeos fontes Castaliosque putat.

In conceptu

In conceptu quarundam Nobilium fœminarum
Civitatis
Excmō D.no Raymundo Ioannis-Fort
Medico ejusdem
Epigramma

Infœcunda diu, multos sterilisque per annos
Alvus, te Medico, concipit atque tumet.
Mox uteri nullo plures medicamine turgent,
Nec tamen ulla prius spes ibi prolis erat.
Cum nolit natura tibi subjecta videri
Prœvenit obsequio sic tua jussa suo.

1658 Excellmo Prœtori N. Cabriello
Epigramma

Omnia Prœtoris Cabriel sic munera gessit
Implevit partes sic, numerosque suos.
Illius ut doleat discessu Iulia tellus,
Et velit imperio tempus in omne regi.
Laudis enim cumulo, non œris pondere onustus
Lauro, non auro tempora cinctus abit.

Non magis excipitur lœtis Aurora colonis,
Non avibus, clarum si ferat illa diem.
Obtinet in Patria sedes, titulosque supremos,
Et magni laudes, et decora alta viri.
Prœstitit ante foris qualem se robore, et armis,
Crœbuit ingegnio, consilioque domi.

Plurimus

Plurimus in templo est, nec partes pręterit ullas
Christicolę, superos qui colit ore, manu
Instituit moriens, censu ditatque Capellam,
Rarum tum fidei, tum pietatis opus.
Finis hic Alphonsi; sit si modo finis habendus,
Inclyta fama cujus terminat oceano.
I nunc qui castris audes pia tollere gesta,
I carmen revoca, vanaque dicta dele.

In adventu Ferdinandi Cęsaris Imperatoris ad Goritiam.

Epigramma

Expectate veni Cęsar, te quisque videre
Optat, longa nequit tędia ferre morę.
Illustrat tua, non lustrat pręsentia tantum,
Principis ac veri diceris esse typus.
Quanta tuis fuit in patribus per sęcula virtus
Creditur hęc uni tota futuro tibi.
Quin fama est, quod nostra nihil te viderit ętas
Majus posteritas nilque videre quęat
cur fatis adeo tardata corona est;
Nunc scio, quare retardarint sic fata coronam;
Herculis in partu nox duplicanda fuit.

Secondo Sonetto dell'istesso

D'Orfeo non è, ne d'Anfion la Cetra,
Che io tratto, e pur dai sassi ella è seguita;
Ogni sasso è uno strale, onde ha fornita
La Morte a' danni miei la sua faretra.

D'impetrito

D'impetrito rigor nulla s'impetra,
Fatti i calcoli omai son della vita,
Già mi convien saldar la mia partita,
E la dura sentenza è scritta in pietra.
Nuova Medusa d'impetrirmi ha cura
L'interne parti, ed è il mio frale, ahi lasso,
Men durevole all'hor, che più s'indura
Per sassoso camin ad ogni passo
Pavento inciampi, entro alla tomba oscura,
Mi farà traboccar l'urto d'un sasso.

Epigramma sopra detto Sonetto

Non Amphionis cithara est tua, Cyre, nec Orphei,
Dulcior at multo est, et nova monstra parit;
Ille, non nego, saxa trahunt, sed gratia saxis
Additur e cithara, visque canora tua.
Pieriis cerno similes hinc surgere fontes
Quos quisquis gustet, stratus adoret humi,
Nomen sive tuum melius, quam marmore sculptum
Orbis in extremis sic resonare plagis.

Aures Amphion saxis dedit, Orpheus aures,
Quo libuit, citharis duxit uterque suis.
In saxis utinam tantum tibi, Cyre, liceret
Obex nec validus, Numinis ira feret,
Egregias citharę laudes invidit Apollo,
Hinc dolor est renum, saxaque surda rigent.

Carmina

Carmina non bene conveniunt cum fletibus, inquit,
Æger ubi pollex sit; citharæque vacant.
Fallitur hic tamen, et tibi Vatis flebile carmen,
Alitis ac dulcis nomina, serta parit.

Primo Sonetto del Sig.r K.r Ciro di Pers
sopra il suo mal di Reni.

Son ne le reni mie dunque formati
I duri sassi a la mia vita infesti,
Che fatti ognor più gravi e più molesti
Han de' miei giorni i termini segnati?
S'altri con bianche pietre i dì beati
Nota, con esse io noto i dì funesti;
Servono i Sassi a fabbricar, ma questi
A distrugger la fabbrica son nati.
Io ben posso chiamar mia sorte dura
S'ella è di pietre, ha preso a lapidarmi
Ne le parti di dentro la natura;
So, che su queste pietre arruota l'armi
La morte, e ch'a formar la sepoltura
Ne le viscere mie nascono i marmi.

Epigramma sopra detto Sonetto

Quis te, Cyre, malus tentat modo morbus, ut inde
Sit tua sors querulo dura vocanda tibi?
Si bene consideres, nec dura, nec aspera tecum
Illa, sed ut mater, cara, benigna fuit.

Natali

Natali, titulis gazis, et carmine gaudes
Una re tantum, vir memorande, doles.
Imo cum tam dulce doles, hunc credo dolorem,
Ut cycnum faceret, sors tibi lęta dedit.

In Pręceptorem Seminarii ex Insula Corsica
Epigramma

Corsica si Martem sequitur, si castra frequentat
Nil atavis majus sic facit illa suis:
Si vero colit ingenium, si Palladis artes,
Augetur cumulo gloria prisca novo.
Delphica iam fiet vario gens Corsica cultu,
Nec fallor; suus hoc credere Apollo iubet.

In laudem Laureę N. N.
Epigramma

Aonidos Phoebus quovis de flore coronam
Texere, nec qualem jusserat ille videt.
Tunc ait, an nostis, iuvenis, cui serta parantur
Quod decor Italici splendor eritque soli?
Non illo legum fontes, non carminis artes
Quis novit melius: texite digna precor.
Si bene nunc memini; viridi non ipse juventa
Ingenii multo fertilioris eram.

De Familia Deciana
Epigramma

Quis non Romuleo Decianos semine cretos?
Et Decię germen non videt esse domus?
Est amor in Patriam generi fatalis utrique,
Publica res cordi fixa cuique manet.
Ut Decii bello, Deciani pace salutem
Civibus, ac Patrię sępe tulere suę.

In obitu Francisci Deciani
Epigramma

Non sic defuncto gemuit Demosthene Athenis,
Non Romę dempto sic Cicerone forum.
Ut non plus Utini Deciani morte forensis
Turba gemat, nec non quilibet Ordo simul.
Hic non eloquio tantum, sed sanguine claro,
Sed vita innocua, sed probitate nitet.

Disthicon

Scis tibi cur, Deciane, petit mors guttura primo?
Eloquio multis est data vita tuo.

Disthicon

Pręspropera fertur Decianus morte peremptus
Noverat illa, senem non potuisse mori.

De Illmo Virginio Comite Manino
Decano Utinensi
Epigramma

Languentem stomachum purgat, curatque Decanus
Vere novo, certam spemque salutis habet.
Audiit ut vero, Prelatum febre gravari
Mortifera, variis languet et ille modis.
Quis non hinc nôrit, gravior quod morbus amoris
Omnibus est, illi nec medicina prodest.

De gravi valetudine Illmi ac Rmi
D.D. Joannis Delphini Patriarche
Epigramma

Quod non Delphinum glacies, non territat æstus,
Vinea dum Christi sit bene culta sibi,
Angitur inde Satan, solitasque recurrit ad artes
Viscera febre pii sollicitatque viri.
Cum vero gemit in lecto, morboque laborat,
Bertrandus Coeli supplicat arce Jovi
Illius, et festo morbi vis atra resedit:
Fert simili similis, quisque libenter opem.

1658 Illmo atque Excmo Pretori Iacobo Cabriel

Epigramma

Suppliciis donec sontes lethalibus urges
Et rectas lances mente, manuque tenes:
Iuliacos donec Proceres tibi stringis amore,
Totius obsequium conciliasque fori:
Magna licet sint, sunt tamen hęc insignia gentis
Nota tuę; Cabriel talia quisque facit.
Ast ubi te fautore, redit sua gloria templis
Non Cabriel tantum, Gabriel esse potes.

In subscripto Doctoratu

Sumite regales citharas, et plectra decora,
Pierides, hodie; pręsit Apollo sonis:
Laurea plus vireat solito, plus aura sussurros
Efficiat dulces: purior unda fluat;
Nec labor in cassum fuerit; mihi credite, honores
Majores vobis hic aliquando dabit.

In Laurea N. N. cujus stemma erat Arx, Leo, eandem Arcem scandens, et Mulier cum scripto non arca sed arce.

Epigramma

Quid dubites, forti similis sit lex licet Arci
Cum sis ingenio fervidus ipse Leo?
Quid dubites, si sub forma latet ipsa Puellę
Pallas, et excelsi monstrat honoris iter?

Hęc

Hęc tibi prestanti sertum modo texuit arte
Da caput; hoc restat: pretereaque nihil.

Urbi Utinensi
De Rmo̅ Patre Fortunato Gera Capuccino
Epigramma

Miraris, nova quod semper Gera dicit et alta
Ter licet in Christum prędicet ore tibi:
Hoc, Utinum, potius mirare, quod ordinis omnes
Ille tui partes dum Generalis adit,
Figere visa oculos Europa sit omnis in illo,
Et quasi divinis sit venerata modis.

In obitu (falso tamen rumore) vulgato D. H. Palladii
Abbatis Latisanę, et Henrici Palladii scriptoris
rerum Forojulientium Nepotis.

Te Patrię Cives lugent, te turba Pennatum,
Ecclesię luget plebs numerosa tuę.
Te luget quicunque tui pretiosa fluenta
Oris gustavit, cum tua scripta legit.
Cęlo non luget Patruus; quod viribus impar
De superis sine te scribere sensit onus.

In obitu Nicolai Tracanelli Canonici Utinensi
Epigramma

Quid spectata viri valeat probitasque fidesque
Novimus ad cineres, o Tracanelle tuos.
Tota Diœcesis lachrymis te flevit amaris,
Ac velut orba suo facta parente dolet.
Invida si in homines fecit fortuna dolere
Morte tua, lętos efficit illa Deos.

In obitu Pompei Frangipani Canonici Aquileję

Quales Roma sui tulit olim męsta dolores,
Funere Pompei, fers, Aquileja, tui.
Grandis uterque decor Pompejus: alter in armis,
In templis alter, militiaque sacra.
Hinc, reor, esse secunda potes, aut altera Roma;
Cęsaris ac Magni laudibus una nites.

Epigramma

Te presente puer pleno, Delphine, Lyceo
Attonitos omnes Rhetoris arte facit.
Pars atavis, patrusque cui fuit aurea vena
Eloquii, prolis roscida labra refert.
Pars putat augurium, quo sub te Preside virtus
Prisca renascatur, sint puerique senes.

Occasione Problematis, cui nam magis
ala conveniat, Amori, Honori, aut Tempori.

Epigramma

Aliger est amor, est honor, aligerumque Poetis
Est habitum tempus; quemlibet ala decet.
Est autem juvenilis amor, tempusque senile,
/Sic ipsi Vates/ estque virilis honor.
Jam patet ergo, cui nam sit velocior ala,
Nempe cui fuerit plus, quoque planta levis.

Epigramma

Quem deceat magis ala, quis ocior involatu
Possit, certat Amor, tempus honorque simul.
Dum terras circum volitant, incerta videtur
Palma, cui decoret fronde virente comas.
Ut Cœlum petitur, tempus supereminet ambos,
Itque suas motus enumerare metas.

Epigramma

Quod se tempus, Amorque parem præsumat Honori,
Nil miror; novi quis sit uterque pudor.
Miror, quod faciant Donato Præsule coram.
Quo, veluti proprio Numine, gaudet Honor.
Dum vivet, vivetque diu, Donatus Honoris
Semper erit fautor, semper Honoris honor.

In obitu Alphonsi Betussi

Audiat Alphonsi quę sit pietasque fidesque
Qui castris illas, militibusque neget.
Deliciis Patrię spretis, hic flore juventę
Armorum strepitus, ac fera bella petit.
Qualis in Armento pullus dum crevit equinus
Ocia fastidit, Martia signa cupit.
Sanguine Betussi splendent, opibusque decoris,
Corpore pręstanti, corde animoque vigent.
Suecia Cęsareis bellum tunc finibus atrox
Intulerat, plures undique in arma fluunt.
Huc celeres vertit cursus Alphonsus et ipse
Militis ac primos munia cuncta subit.
Inde gradus varios, summosque potitus honores,
Seque genus, Patriam nobilitatque suam.
Non prius Ultineum Germanis, claruit oris
Nomen sic, illis intonuitque plagis.
Artibus his carus cunctis, et amabilis unus
Aethereis potuit talis et esse Deis.
Inclytus innumeris aliquot post lustra tropheis
Ad patrios remeat, Marte dolente, lares.
Non magis excipitur lętis aurora colonis
Non avibus, clarum si ferat illa diem.
Obtinet in Patria sedes titulosque supremos,
Et magni laudes et decora alta viri.

Pręstitit

Prestitit ante foris qualem se robore, et armis,
Prębuit ingenio, consilioque Domi.
Plarimus in templo est, nec partes prȩterit ullas
Christicolȩ, superos qui colit ore, manu.
Instituit moriens, censu ditatque Capellam,
Rarum tum fidei, tum pietatis opus.
Finis hic Alphonsi; sit si modo finis habendus,
Inclyta fama cujus terminat oceano.
I nunc qui castris audes pia tollere gesta,
I Carmen revoca, vanaque dicta dele.

In laudem Illm̃i a Rm̃i D. Patriarchȩ
Ioannis Delphini

Sparsas cum mihi Musa genas pallore recenti
Aspicias, rerum facie quod territa Carmen
Mens horret, quid adhuc tentas suadere laborem?
Dispeream, cordis fuerit ni summa voluptas,
Primaque vota mei, dignos hoc edere versus
Posse viro; totis verum si panditur undis
Nunc Helicon, satis esse negem; quot sidera Cȩlum,
Sol quot habet radios, tot erunt Antistitis almi
Laudes; ecquis eas complecti carmine norit?
Si genus, ac proavos spectet; hi pace decori,
Hi bello insignes quā sol caput exerit undis,
Quaque illud mergit; Boreas qua dissipat atras

Nubes

Nubes, quâ Notus inducit, potuere Senatus,
Ac patriæ nomen præclaris spargere factis.
Unus, crede, parens, vitæ, qui vescitur aura
Dulcis adhuc, et qui longos sit Nestoris anno
Vivere dignus, habet plures quo reddat olores
Ramos; tanta viri laus est, ac splendor ubique.
Sin juvat ingenuas artes ætate virenti
Quas didicit Patriæ doctis, Patavique Lyceis
Nosse, vel ut sacras biberit Permessidos undas,
Et juga Parnassi lustrarit pocula Circes
Oderit, et cera Syreni clauserit aures,
Quantus ab hinc sermo, fandi seu copia surget?
Nec minor officiis surget, queis functus in Urbe,
Adriaci Domina maris est; ubi Curia sæpe
Dicentem stupuit, Cicero velut alter in illa
Diceret atque Cato, aut qui fulgurat ore Pericles.
Quin ubi sublimis vulgari cæpit honoris
Nimius, abscindi doluit Respublica membrum
Corpore tale suo, dextra quasi lumine cassa.
Forti vel pede, sive humero truncata fuisset.
Proxima sed circum regio, longeque remota
Quælibet, hunc sibi Pastorem quod fata dedissent
Congaudere Diis meritas ac solvere grates
Visa fuit; primasque Fori Provincia Julî
Lætitiæ sensit partes, utrumque suprema

Est ubi nunc sedes Aquilejæ, mitraque splendet.
Aurea primevæ rursus fore secula gentis
Spes suberat, melius nil usquam Principe norunt
Esse, cui doctas sit mens instructa per artes,
Sitque manus sceptro multos assueta per annos.
Aequora Delphino norunt, pelagique tumentes
Sedari fluctus; barathro si naufraga puppis
Mergitur; aut dubio versatur limine mortis,
Illius aspectu placidas assurgit in auras.
Nec spes vana fuit; solio conspectus in alto,
Vix fuerat, populis et jam diffunditur isthinc
Nescio quis mentis vigor, ac vis pectoris ingens.
Mobile. sic ubi plus solito conscenderit astrum
Limitis extremi fines, pars sentiet orbis
Mox subiecta vices, varios ac sideris ignes
Tempus erat cum cedit hyems, glacieque soluta,
Mœstitiæ spoliat vestes, viridesque colore
Induit, ac lætas tellus, Zephirique tepentes
Spirant ac recreant, facie mutatur et orbis.
Verum nulla foris sunt, si intus gaudia cernas
Torpor abit vetus ex animis, pede tarda veloci
Otia secedunt; jam non piget ire per altas,
Difficilesque vias; artes est una voluptas
Exercere bonas, studiorum ferre labores
It rapido celebris cursu Mola, volvitur acri

Flamine nec major fuit unquam copia frugum.
Ipse suo Chathedras aspectu Presul honorat,
Magni, si Musis intersit, Apollinis instar.
Majores adeo pietas, Astreaque vires
Assumunt, reparatque omnis jam turba sororum
Leta suas Pax, cana Fides, Amor unus honesti.
Sicuti pestiferum vires fera sparsit Erynnis,
Aethereis invisa Deis, hinc cedere jussa;
Colligit illa angues, nigro seque occulit Orco.
Namque Diecesis circumdans impiger oras
Obvius it sceleri Antistes, Synodoque coacta,
Prescribit Clero leges, et scandala tollit.
Tum pleno populis fudit bona Copia cornu,
Et mala corripuere fugam, felicius arvis
Dona Ceres tulit, et Bacchus sua collibus altis.
Sed jam deficiunt vires, tu dicere, Musa,
Sola potes, quantis donec sit murice fulgens
Purpureos inter Proceres, hunc maxima Roma
Exoptet votis, quantoque futurus honori
Sit Vaticano, meditari carmina tecum
Incipias; non longe aberit lux candida fastis;
Illam (nil magis est cordi) nec Parca citato
Pollice, Siderioque Aries dat vellera tergo,
Pluribus annorum spatiis ut vita supersit,
Nomen in extremis tantum mundi occidat horis.

Epigramma

Si Cathedrę Delphine, tuę quis volvere fastos,
Nobile si sceptrum, juraque nosse velit.
Insignes habuit titulis, ac sanguine multos
Hęc mitra Regali, Cęsareoque Patres:
Imperium plures gestis extendit in oras
Nomen ad Oceani litus, et astra tulit
Nec tamen ullus erit, sedis qui culmina tanta
Non dicat meritis esse minora tuis.

Epigramma

Quod pulchras omnes Academia noverit artes,
Civibus, ac verum monstret honoris iter.
Quod sibi quodque suę decus ingens afferat Urbi,
Attica quod nostro sit renovata Polo.
Magna quidem laus est, multo sed credite, major,
Delphinos melicis quod trahat illa sonis.

N. Boreato Principi Academię

Desine jam mea mirari mens, quomodo possint
Esse simul Boreas hoc, Zephirusque loco.
Efficit hoc Princeps, Boreas qui sanguine avito est,
Dum loquitur, Zephiri guttura mollis habet.
Voces tu modo disce novas. Motore sub illo
Hęc mola Mercurii est sphera vocanda tibi

1662 In obitu Cyri de Perso Equitis Hierosolomitani, et inter Hetruscos Poetas insignis utique ac celebris

Epigramma

Cyris, duce tuis Persis, minus esse superba,
Ac Patriæ Juli cedere disce fori.
Cyrus et hic Persus fuit alto sanguine cretus,
Musa cui statuas, sertaque Tusca parat.
Sin bellum paci præfers; hic clarus utroque
Laudibus ingenii junxit equestre decus.
Plures sunt, dices, mihi Cyri: non nego noster
Est unus; nec enim credo fuisse parem.

Epigramma

Aemula Regali poterit gens Persa vocari
Persica; nil deest, nî syllaba sola, modo.
Carmina sed Cyri supplent, qui gloria Vatum,
Cyris non impar Regibus ire potest.
Per Reges Orbis luctus, ac tristia bella,
Per vates vitæ munera dulcis habet.

Tetrasticon

Cyro non opus est tumulum componere Perso;
Absit, Cyrus obit, dicere, sive perit.
Carmina si Cyri pereant, peritura fatebor,
Si qua feras, stirpes, duraque saxa trahunt.

Tetrasticon

Cyrus in hoc tumulo Vates jacet absque corona,
Laurea quod fuerat nostra corona parum.
Tescere decrevit Vatum Deus ipse perenni
Fronde, caputque sua cingere Apollo manu.

Distiuon

Disticon

Hic Cyrus Persus jacet, et sic sufficit illi,
Cujus honor, genus, et carmen ubique sonat.

Disticon

Cyro dant Vati finem Dī marmore renum
Marmora nos illi ponere sculpta volunt.

De Capitulo Patrum Capuccinorum celebrato Utini anno 1663 Mense Maii, cum de irruptione Turcarum in Patriam timore perculsi essent omnes

Epigramma

Humanis sacra, Iuliades, bene jungitis arma,
Creditis ac sævos his superare Thraces.
Aethereis bene præsidiis est vita, salusque,
Atque Capuccinis vestra reposta piis.
Si Josues vocem timidus sol audiit olim,
Audiet exanimis tot modo luna Patrum.

1662 Vincentio Venerio Prętori benemerito

Epigramma

Vincere quod tibi, Vincenti, quod ducere prędas
Sit proprium, nulli jam dubitare licet,
Nulli quod Venus alma tuę sit stirpis origo,
Quod veri populos Principis arte regas.
Captivos Utini tecum trahis Urbis amores,
Ipsaque de medio corda revulsa sinu.
Nulla triumphandi potior lex, nulla regendi est,
Nec homines inter collocat una Deos.

Utinum

Editum p. 69 Corona d'applausi nelle Nozze del Co: Michele della Torre e della S.ra Sulpizia Florio 1663.

Munera ferte Deis. Cives, ad limina Templi
Quisque gradum vertat, meritasque ibi solvere grates
Certet; onus Proceres ęque, plebisque minores
Respicit hoc omnes; veniunt communia Cęlo
Gaudia nunc; Superis ergo date dona frequentes.
His thalamis non Turriana, ac Floria solum
Unitur domus; ex multis, ex omnibus, inquam,
Una fit, et vinclis animorum stringitur arctis.
Quis mala Civilis referat quę parturit ęstus?
Quis bona dinumeret placida decerpta quiete?
Urbes seditio numerosas Civibus orbat,
Dulcis amor replet; veteris vestigia rixę
Nî quoque multa fer   remanent, nec tota doloris
Vis animo sedata fuit, penitusque revulsa
Hinc soboles vero fęlici germine surget
Pacis, Iustitięque altrix, quę dulcia quondam
Otia Parnassi colet, ejectasque benigno
Amplecti gremio pręstantes gestiet artes.
Non sic accipitrum turmas, nutrire canumque
Non sic gaudet equum, mimos, hominesque voraces
Sanguinis, ac cędis cupidos, ut docta virorum
Agmina; laus ubi certa sita est, ac gloria vera.
His rerum caussas poterit sub nube latentes
Zodiaci cursus, lunę, solisque labores
Noscere, stellarum numerum, se malit arenę.

Nostrę

Nostrę quam parvus terrę, quam magnus et Orbis
Sit Cęli, humanis quantum Divinaque pręstent.
Priscos illa gradus Romę nunc męnibus altis,
Nunc alia Italię pręclari Principis Urbe,
Regum sive volet, magni vel Cęsaris aula
Accipiet, summique metas sic tangit honoris.
Consilio pręstans armis quoque clara nitescet,
Sed quibus alma quies oritur, pars iusta triumphat.
Tunc Italis Galli nequicquam bella movere
Insurgent, timidasque Antistitis, ah scelus, Urbes
Romulei invadent; pollutis templaque Divûm
Prędari manibus, Capitoliaque alta potiri,
Aut quę Magnus Alexander colit ardua tecta
Posse rati, (infandum) sperent ibi signa locare.
Non ego, non Patrię mecum tunc oppida cara
Nostris adventare acies horrebimus oris
Turcarum; nobis aderunt hoc sanguine creti
Ductores, Veneto qui Marte favente subactis
Hostibus insigni cingent sua tempora lauru
Quin etiam per vim quicquid jam perfidus hostis
Abstulit, aut Cypro, aut Creta, Aegęque tumente
Restituent illi, (quod secula nulla tacebunt)
Adriacis Patribus; tanti nec gratia facti
Non illustris erit, Veneto seu Principe digna.
Imperat excudi Templis, statuasque senatu,
Explicat editiore loco memoranda trophea,

Munera

Munera dantur iis, serisque nepotibus ampla
Interea tu, qui solo regis omnia nutu,
Excipe vota libens, lętis precor annue fatis.

Epigramma

Lux aderat multos fatis provisa per annos,
    Unus adhuc vero cum Iove norat Amor.
Aufert iste moras ausus vix credere fatis,
    Optatos talamos, connubiumque parat.
Pierides adsunt, Charites, Nymphęque decorę;
    Forte (~~malum~~ vagus) tędas qui ferat, Hymen abest.
Arsit Amor rabie, placido mox subdidit ore:
    Pro tędis satis hic splendor avitus erit.
    Leda satis splendor lucida gentis erat.

De subscriptis Versibus

Illmi ac Rmi D. Patriarchę Iohannis Delphini

Epigramma

Sit novus horribili Gallus vice factus Orestes,
    Impia materno polluat arma sinu:
Non hinc, Roma, tamen dubites, hęc carmina possunt
    Gallis ac rigidis flectere corda feris.
In viridos possunt montes juga calva Pyrenes,
Saxaque   ~~Saxaque~~ tam Iulii
    Liliaque Illustri vertere in astra metro.
Hunc tibi si nasci Vatem sors fausta tulisset,
    Lactea, crede, tui Tybridis unda foret.

Si vestros repetam post longa silentia cantus
Parcite, Pierides; viridis, patiensque laborum
Ætas lapsa mihi est. Parnassi rupibus altis
Canicies impar fiet, mens fessaque curis.
Hac vero infandum fuerit non solvere fando
— Ora die, versus non ludere, plaudere sacris
Reliquiis, meritas Theodorę dicere laudes.
Debilis interea refove tu, diva, rudisque
Ingenii vires; cursus et vestra secundet
Aura meos, vitę, Matres, claustralis imago
Vera, piis hominumque aures assuescite ~~[illegible]~~ votis.
Fert animus Patrię generisque evolvere fastos,
Sed prius Oceani Phoebus se condet in undis,
Ordiri longe liceat quam stamina telę.
Urbis enim Romę latum spatiata per orbem
Temporis angusto pręscribi limite nescit
Gloria; quęque tua memorant de stirpe vetusti
Annales, animo quisquis, seu pectore credit
Uno posse capi, proh quantum devius errat.
Non igitur census referam, non ordine longo
Fasces, Heroesque tuę quibus inclita gentis
Fama vel extremas Orbis penetravit in oras.
Hermetis sat erat germani sparsa cruore
Palma pio. hic Romę clarus tum sanguine prisco,
Tum magnis opibus, nulli virtute secundus
Eximio est Urbis, Trajano Principe, functus

Praefecti

Prefecti Officio; sed cum se percitus æstro
Aethereo sensit Christi ~~cum~~ sub signa vocari
Sprevit opes (mirum) subito contempsit honores,
Nomen militiæque dedit, quæ subdita Christi
Legibus orbis erat cunctis invisa Tyrannis.
Mox domus abluitur sacro numerosa lavacro
Mille bis ac centum; niveo quos ille colore,
Ut puros decet infantes, superinduit omnes.
Ejicit exilio multos gens impia, multos
Obtruncat gladiis, quosdam mergitque profundo.
Sola volente Deo, remanes, Theodora superstes,
Germani ut cineres condas, atque ossa sepulchro.
Sic, puto, martirii Divûm tibi gratia fatis,
Sicque tuo fuerat capiti decreta corona.
Officio Cœlum petitur, pietate labore;
Motus ubi jugis est, nitidis sopor exulat astris.
Principis interea vigiles it rumor ad aures
Præcipiti gressu, variis ac vocibus aulam
Primo, mox loca quæque cito rapit, occupat, implet.
Vix ea Trajanus credit, nec credere primo
Debuit aspectu; fidum sibi mittit in Urbem,
(Namque aberat) lectumque virum; qui cuncta probari
Ut videt, Hermetem subito jubet æde Tribuni
Servari ratus, incœpto sic posse moveri.
Consors sed (Cœlo sancti dum Spiritus aura
Flamine spirat adhuc læto) vult esse Quirinus,

Junctus

Iunctus amore prius, nunc religione, fideque.
Carcere tunc cęco miseri simul ambo jubentur
Includi, dare thura Iovis fumantibus aris,
Falsi nempe Iovis, dira vel cęde perempti
Brutis esca dari. quod ubi tentata per artes
Nequicquam varias animi pietasque, fidesque
Inconcussa manet, furiis incensus iniquis
Exequitur Iudex, inhumataque corpora linquunt.
Verum, si tua prętеream sic clara trophea,
Hermes, parce precor; nec enim mihi copia fandi.
Magno quę sit par operi, nec tanta facultas
Ingenii; plus namque tuo fert palma decoris
Hęc generi, proavûm bello, quam mille triumphi.
Non rosa sic ortos, quercus non ardua silvas,
Non ędes marmor decorat, non purpura vestes
Non noctes sic luna, dies sol, sidera Cęlos
Sed jam Musa, sinus maris altior instat, adesto
Nunc propior, dubiosque velis avertere casus.
Immanes audit lacero dum corpore poenas,
Robur et invictum fratris Theodora, dolere,
Lętari ne putem dubito; fas credere utrumque;
Luctus naturę suadet vis, gaudia victrix,
Quę manet Hermetem superis intexta corona
Colligit informes artus, discerptaque membra
Pectore constanti, rabidas et Pręsidis iras
Aspernata cremat, cineres et condit in urna.

Delator

Delator gazis inhians, prędaque potiri
Pingui posse ratus tremuli pia crimina pandit.
Nec mora, corripitur manibus post terga revinctis
Ceu rea terrifici conspectum ac Judicis ante
Ducitur, obscura claudi qui carceris umbra
Imperat, in teneros macies ut sęviat artus.
Fulgido sed cęlo apparet demissa per auras
Lux, qualis, (ni major erat) quę nocte catervis
Enituit tota Judęis; pastaque Virgo
Deliciis animi fastidit corporis escas.
Abditę panduntur fidei, Divinaque jura,
Quantum fas homini, Deus illa luce revelat.
Ut Verbum generet sibi par, ut numine compar
Spiritus inde fluat, trinus dicatur et unus;
Concavus ut Cęli quicquid complectitur orbis,
Solus ut ex nihilo solo nutu ipse creârit;
Virginis ut Verbum vestiri jusserit alvo
Humanę trabea carnis, tollique profanos
Ritus Orbe, novę Legis mysteria tradi,
Et Crucis affigi nodoso denique trunco.
Hinc Victor solio residens sublimis in alto
Conspicitur lętus, Crucis immortale tropheum
Attolens dextra, ac geminis circumdatus alis
Cęlitum; manibus pars candida lilia gestant,
Parsque rosas; ut quisque fuit vel murice sacro
Martirii fulgens, vita seu celibe candens.

Non

Non ulli tamen est meritis par reddita merces,
Ditior at multo, Deus et quam noverit unus.
Non ibi mestitię, sęvi non ulla doloris
Signa manent; plagę formoso in corpore splendent,
Sol veluti in medio radiis fulgentibus orbe,
Angelicum melicis modulatur vocibus agmen,
Dulces ipsa sonos edunt Cęlestia tecta,
Ingeminantque suos ęther ac lucidus axis.
Scilicet obscuri Theodorę carceris umbra
Hęc fuit; hęc jejuna fames, sole altera multo
Splendidior, cunctis multo altera dulcior escis.
Sola sed ipsa potest, superum quę viderit aula
Dicere, sola potest et quę gustarit in illa.
Sic accensa moras odit, celerique parari
Cursu fata cupit. Victrices quęque retardans
Hora brevis lauros anni fere mille videntur.
Dum te, Christe, frui liceat, dum sede beata,
Non ignes, non illa cruces, rigidosque secures,
Non ullum pavet illa genus crudele ferarum.
Dulcia si cernas accendunt pręmia mentis
Acrius igniculos; Elea cursor in Urbe
Sic stimulos cordi, plantis sic addidit alas.
Sed meritis, Theodora, tuis minus illa decorā
Meta fuit; Pręses, Romę qui colla recidi
Jusserat ante, ferisque exponi molle cadaver,
Nescio quo Cęli mutatus sidere mentem

Mitior

Mitior efficitur, claramque ablegat in Urbem,
Nomina cui sua Alexander dedit inclitus auctor.
Multos passa graves terraque marique labores
Sub custode fero longinquis appulit Urbis
Mœnibus. hîc lachrymans, corpus macerans que flagellis
Clausa domi, [alterius fieri sic victima culpę
Exoptans] media in populo nunc Urbe frequenti
Detestata Deos, multos jam vixerat annos,
Multis intulerat fidei mirabile lumen.
Principis hęc inter resonat crudele per Orbem
Edictum; Christi sobolem radicitus omnem
Tollere vult, rigido Theodora Satellite cincta
Ducitur in fędum tenebrosi carceris antrum.
Opprimet extremi moles, mea Musa, laboris,
Sat scio, ni pręsens adsit tua dextra cadenti
Sistitur intrepido coram mox Pręside vultu,
Nec pavet horrentes oculos; stupet ille serena
Visum fronte decus generis, natura quod arte
Finxerat industri; Dirę stupet obvia morti
Pectora, nec pietas movet ulla, sed horrida monstra
Concipit ah multo miserę plus morte timenda.
Vincla locum trahitur, probis quo candida turpi
Gemma pudicitię venit pudor exulat omnis,
Imperat una nitens auro vesana libido.
Deliquium patitur, cunctis et credita Virgo
Usque mori exanimis; Cęlo sed sponsus amantis

Cor

Cor audit miseratus, opem nec ferre retardat.
Nuncius it Didymo; Christus cui numen, et idem.
Qui nobis Deus est, erat, et tui cognita famę
Virgo prius multo; Divini cuspide Amoris
Saucius aggreditur facinus memorabile, sanctum,
Postera quod nunquam mirari desinit ętas.
Sed prius hęc secum (reor) est in corde locutus.
Infęlix Theodora, tui quasi rapta dolore
Vita mihi est; sed vita mihi quoque displicet ipsa,
Ni pudor incolumis tibi sit; quod vita pudoris
Expers mors est, ac pejor tibi morte futura.
Nescio quid tentes crudelis et impie Pręses;
Si lex vestra mori, si Princeps ipse fideles
Imperat, ecce necem expectat Theodora nec ullam
Postulat illa moram; moritur, sed forte quod ultro
Ipse doles? fidei, (si nescis) gloria nostrę,
Virginis atque etiam generosi est sanguinis illa.
Ergo tolle moras; morituris sęvior ipsa
Est mora morte, fera nec non immanior omni.
Unde tua hęc juris nova venit, diraque forma?
Cur si certa fides rea sit, pudor integer, insons
Plectitur. at quid ego moror hic? jam turba pudico
Virginis aspectu fruitur. Bone Christe, beatos
Qui Patris amplexus, Cęli convexaque linquens
Vestibus humanę miseris es carnis amictus,
Libera Tartarei fierent ut nostra leonis

Colla

Colla jugo, liceat muliebris tegmina vestis
Induere, atque adeo mentiri Virginis ora,
Illius ut pudor illęsus sit fauce luporum.
Induit hęc fatus generosi militis arma,
Acceleransque gradus obscęnas fertur ad ędes;
Irruit in medium (faciles dat vilis eunti
Turba vias) imosque videt, penetratque recessus.
Corruit adventu juvenis, sed docta repente
Causam sensit adesse sibi Theodora superni
Numinis auxilium, monitisque obtemperat una:
Quisque suas spoliat vestes, sumitque vicissim
Alterius; spargit Didymus, nodo altera crines
Colligit, arma humerisque aptat nec ferre gravatur,
Sive piget; nec enim suus hic, sed missus ab alto
Est vigor, is graciles vultus et pectora mutat.
Per Syrtes modo, per medias sibi posse videtur
Ire acies; Dydimoque, data vix pace, relicto,
Digreditur, rectaque domos non cognita pergit.
Anxia vix animo fuerat sedata pericli
Cura sui; Dydimi turbat cum nuncia lethi
Publica vox. Austri pelago sic sępe procella
Dum cessat, tumidas Aquilo ciet horridus undas.
Egregium Judex, ac non credibile factum
Audiit extemplo, rapida correptus et ira,
Quod se sic putet irrisum, damnavit iniqua
Heu capitis juvenem poena. Theodora perennes

Sparserit

Mihi, clamat alta Voce, manus inferte

Sparserat inde oculis fontes, atque ægra dolore
Ad loca supplicii fertur; mihi mors ista, ministri,
Debita, me suadente, mei miser egit amore.
Ipsa nocens, rea; mi ferro præcidite colla.
Qualis ad optatos accedens navita portus,
Distentis velis, feriant si flamine venti
Adverso proram, Dydimus sic horret amatæ
Virginis excludi metuens hoc obice morte.
Denegat ergo; sui interno rem Numinis ausum
Esse ait hanc motu; cujus non gratia sera
Est ulli, nec erit sibi, si velit ipse precari.
Per me, Virgo, tibi statuit servare pudorem,
Per mortem mihi Victricis dare præmia palmæ.
Si quicquam merui, mihi ne sis quæso molesta
Hac pietate tua; lentos hortare ministros
Ipsa magis. lachrymas oculis, suspiria cordi
Turba negare nequit; misero licet impia vitam
Largiri cupit, hancque putat læto omine ferre,
Cursu quem celeri venientem Præsidis arce
Prospicit; is contra mortem fert tristis utrique
Ambos sic Præses jubet, inquit, tradite morti.
It subito circum pallor, fædatque dolentes
Quot quot erant facies, pallor, qui Virginis ora
Linquens secedit, roseo redeunte colore.
Dicere si mihi, qualis erat color ore nitenti

Nunc

Nunc liceat, tales surgent exinde lepores
Versibus, ut magnus nihil ultro jungat Apollo.
Ergo velut thalamis properet si nupta (beatis
Atqui se Cœlo thalamis accedere novit.)
Illa mori properat. Didymo truncatur eodem
Ense caput; functi similes sunt floribus ambo,
Floribus in summo decerptis pollice culmo.
Iam sileat; celebri extollit qui laude profani
Depinxit et sacri vires non æquus Adonis.
Instruit ille suos mortem si temnere Amantes,
Instruit hic pariter; putido sed deicit Orco
Alter, odorato, ac roseo locat alter Olympo.
Illic nunc Theodora videt quam vana sit Orbis
Gloria terreni, quantum sapiatque, perennes
Divitias Cœli supera qui congregat aula:
Quam cari amplexus fiant, quam dulcia sponsi
Oscula Virginibus niveo candore decoris;
Laurea quot gemmis constet, quo murice vestis
Splendeat, aspersis pulchro quos sanguine defert
Obvius ipse Deus; quam justa ponderet idem,
Atque etiam majori multo præmia lance.
Sidera sub pedibus miro videt ordine, motu
Ire redire; sonos, strepitusque exinde cieri
Dulces at melicis similes concentibus audit.
Nos ea supplicibus, Virgo, per gaudia votis,
Perque tuos cineres, et sacri corporis ossa,

Quod vigiles

Quod vigiles curas, ludibria vulnera passum
Inferri Cęlo, atque tui pars altera debet
Uniri tibi, ne tardes nimis ipsa precamur,
Fęlix Utinęę etsi humiles advertere honores
Urbis. Romuleis non multo męnibus ante
Pura tuas Utinum Nicolai trastulit ędem
Dextera Reliquias; servari Virginis ossa
Virgineo cetu debent. Hic sanguine pręstans,
Moribus Angelicisque arca de marmore sumptu
Magnifico sculpta studet hac in luce recondi.
En Delphinus adest; sat me dixisse putabo,
Cognitus est terris, ipsis est cognitus astris.
Zenus adest Martis clarus studiisque Minervę,
Clerus item, Proceres, plebes, Urbs totaque gentis
Copia finitimę; tędę quot sidera Cęlo
Splendent. hinc nova nec tenuis tibi gloria surget.
Adsis; hostilesque reprimas quoscunque furores.
Tutaque sint Urbis cineres custodia sacri.

De eadem translatione

Non ego delector Musis, nec carmine multum;
    Vult tamen hęc Musas, carmina vultque dies.
Est dubium multis, hęc, Divę gesta vel ante
    Aede sacra Clarę sint celebranda magis.
Miror de dubio nam si Cęnobia pendant,
    Hęc illis multo splendidiora putent.
Vix habet hoc, bene si numerent, tot lustra, quot illud
    Sęcula; sed dispar plus quoque census erit.

Comiti

Comiti Alphonso Antonino
Principi Academię

Sic placet eloquii Sventato pura Lyceo,
Vena ~~tei~~, ut cupida nil magis aure bibat.
Nec minus eloquio probitas iuvenilibus annis,
Ac pudor inter opes, deliciasque placet.
Lucifer est ubi prestanti labor inclitus arte,
Hesperus esse solet fama perennis ibi.

Eidem

Nomen idem tibi, vis eadem cum nomine mentis,
Quę Patruo fuit, est, oris et ipse decor,
Par amor in Cives, pietas quoque, gloria vero
Quod Patrui aucta tua sit, tibi major erit.

Eidem

Vivere in Alphonso Alphonsum jam nemo negabit
Asserat hoc plausu cum Rota tanta suo.

Illmo D. Camillo Gurgo

Fama licet jam sparsa molę resonaret ubique,
Non fuit illa parum sumptibus aucta tuis
Prevalet ingenii fateor nec marmoris illi
Ingenii ~~fateor, prima est ac marmoris impar~~
Par est, certa tamen gloria utrumque manet.
Altera non uni solum sed pluribus una
Altera debetur tota, Camille, tibi.

In promotione

In promotione Eminentissimi Johannis Delphini
Patriarchę Aquilejensis ad Cardinalatum
Epigramma

Sublimes Aquileja, tibi fert purpura honores
Delphini, sed non gaudia quanta putas.
Romulea satis ut fuerit spectatus in Urbe,
Ac vis ingenii cognita rara sui,
Se penes Heroem, mi crede, tui emula Roma
Dignum, cui sua det sceptra, manere volet.

Legit Alexander cum te, Delphine, supremi
Ordinis ad Mitras, purpureosque gradus
Quod similes illis norit vos quisque videtur
Hercule lectus Atlas, ut simul astra ferant.

Divo Antonio a Padua, cui dicatę
fuerant Conclusiones per....
Epigramma

Per juga, per cautes excęsę rupis eunti
Almę tuo, Antoni, lumine dexter ades.
Te duce, sublimes ausim tentare volatus;
Non minus ingenio, quam pietate vales.
Perdita si reperire doces, non perdere quęso
Me doceas; nova sic gloria eritque tibi.

In obitu

In obitu Exmi . . . . Grimani
Epigramma

Morte Grimane, tua magni Respublica Civis
Damna tulit; clarum concidit Urbe decus.
Testis erit, stupuit qui, te dicente, Senatus,
Ac Patrię testis quilibet ordo tuę,
Italię pars quęque tuo jam nomine plena,
Francorum Regis testis et aula mihi.
Ultima si quęram vasti confinia Mundi,
Ipse tui Oceanus testis honoris erit.

Illmo ac Rmo D. Johanni Delphino Patriarchę
Aquileję, cum interesset Conclusionibus
in Ecclesia Fratrum a Vinea.
Epigramma

Magna quidem nasci laus est de sanguine pulcro
Qui tenet Adriaci gemmea sceptra maris,
Magna suis Patrię meritis attollere nomen
Ecclesię celso magna sedere toro,
Major sed multo ingenuis est artibus almum
Pręsidium, Musis esse perenne decus.

Illmo D. Virginio Manino Decano Utinensi
et in Patriarchali Aquilejensi Diœcesi
Vicario Generali, præsenti ut supra
Epigramma

Læta Jovis proles, Italis venerata Lyceis
Exul in ignotas tendo Minerva plagas.
Si qua manet pietas, aut grata memoria factis
Quo tua sublimis mens fuit alta mihi.
Excipe me miseram, renova benefacta tuorum,
Aede sua, tenes, sæpe recepta fui.

Illmo atque Exmo Hieronymo Fuscareno
Generali in fortilitio Palmæ
Nomine Patrum Capuccinorum.

Quantum proh quantum debet, vir maxime nostra
Religio, quantum totaque Palma tibi?
Hoc vero solvi per Numina magna precandum;
Non est par meritis gratia nostra tuis.
Omnes eximii partes tu Principis imples,
Quidquid et ad regimen nobile spectat, habes.
Justitiæ stupet hic lances, hic Palladis artes,
Attonitos probitas nos, pietasque facit.
Mœnibus, ac vallis sua sub te Præsule forma
Redditur, atque vigil munera miles obit.
Undique sparsa tuæ splendent insignia laudis,
Ac miris virtus extat ubique notis.

Multa.

Multa quidem remanent calamo sed digna Maronis,
Nosque tuus prohibet dicere plura pudor.

Admodum R. Patri Paulo Veneto Ordinis
Reformati Concionatori Utinensi de anno 1664

Concio si quantum placeat tua nosse requiris
Carmina veridicis perlege texta metris
Postulat auditor nitidos, purosque liquores
Eloquii, venas melifluasque? placet.
Postulat ignitę sonitus, et fulgura linguę,
Oris et Elię fervida tela? placet.
Sęcla vetusta petit, fastos evolvere mundi,
Inclita Majorum discere gesta? placet.
Per summos apices rerum, per culmen Olympi,
Perque Orbes graditur sidera ad alta? placet.
Divinę thalamos lucis, limenque negatum
Mentibus humanis quęrit adire? placet.
Si cui non placet, hic certe non audiit illam;
Sed qui non audit, concio nulla placet.
Quin age; si quis ab ore tuo non audiit illam,
Huic tua communi concio laude placet.

Illmo N. Questori, sive Thesaurario
Epigramma

Sit licet eximio fulgens Quęstura decore,
Vix tamen in titulis est numeranda tuis.

Est tibi

Est tibi thesaurus multo prestantior, arca
Quam fuerit Cresi, quam sit Arena Tagi.
Non loculis, non agris solum, non auro pectore dives,
Exemplo Questor non erit esse tuo.
Nobilitas vera est ubi virtus alma renidet;
Mens ubi regnat, ibi pressa cupido jacet.

In translatione S. Venantii

Martyris adventu festos age Clara Venanti
Virgo dies; sacros tu rege, Diva, choros.
Purpura candorem decet, et rosa lilia; namque
Martirii genus absque cruore pudor.
His Thracio motu committite menia Cives,
Omnia nunc Virgo Martyre iuncta potest.

Illmo atque Exmo Pretori Andree a Mula
Epigramma

1664 Amulio de Rege tuos est fama penates
Ducere principium, sed tua scepta negant.
Urbs Utini, Iulique fori simul oppida circum
Amuleos credunt etheris esse genus.
Credunt esse Iovis non quando fulminat arces,
Sed placido residens Numine cuncta regit.
Nec dubitare licet posthac de matre cuiquam
Constat enim clare quod fuit alma Ceres.

In obitu

In obitu Uxoris Exmi Pretoris Andreę a Mula
Epigramma

Præsulis Amulei moritur, cum parturit, uxor,
Quantus, qui natus sic puer est, vir erit?
Non sunt vana, puto, casus, nec ludicra sortis;
Herculis exemplar Dî renovare volunt.
Imo aliquid majus; geminos Alcmena nec ultra,
Omnes impendit, cum parit, ista dies.

De Libro Jo: Josephi Capodalei
Epigramma

Editum in fronte operis Udine illustrata

Non negat eximio multum debere labori
Julia nobilitas; solvere posse negat.
Argenti nec enim tanti est pretiosa nec auri
Copia, nec tanti lucida gemma valet.
Sola tuo est, Joseph, operi par gloria merces,
Gloria, quę nullo ~~sit~~ peritura die.

Super Concione S. Marię Magdalenę

Si rosa manet viret, radiis si percita languet,
Si gelido rursus fonti rigata viget.
Magdalena viret, languet, viget ęmula ubique,
Ipsaque cum multa fit rosa laude rosę.
Utraque pro tali quantum tibi debet honore?
Non rosa, non Mulier pulchrior ulla fuit.

De Comite

De Comite Alphonso Antonino

Plauditur Alphonsi nitidis a Civibus armis,
Plauditur a Superis, sola Minerva dolet.
Nunciat illa Jovi, quod gloria multa Lycei
Interit, Alphonsus si velit arma sequi.
Cui Pater; est Utini Alphonsus Dis prestitus Urbi,
Nomen ut ille tuum, et Martis in astra ferat.

1667 ## De Prætore Valaresso, et Comiti Alphonso Antonino

Tetrasticon

Quis sit consulitur Valaresso ductor iturus,
Totque inter Cives agmen equestre regat.
Alphonsus legitur ~~forma~~ specie, virtuteq; decorus;
Debuerat soli Lucifer iste legi.

Prætori Valaresso

Laudibus, Urbs, Valaresse, tuis dum tota vacaret,
Audiit, et Carmen texere Musa parat.
Res videt ut gestus, numero deterrita dixit,
Par operi, puto nec Delius ipse foret.
Tunc hilaris vultu sequitur, Valaresse perennis
Gloria te, Patriæ sceptraque certa manent.
I fælix, nec vana putes presagia Musę,
Sunt tua pro fatis inclita facta mihi.

Eidem

Eidem Valaresso

Nulla Senatoris tibi pars deest, nullaque forma
Est juvenis coma, sed mens veneranda senis.
Canities intus mente reposta latet.

Scipio talis erat Romę dum flore juventę,
Ingenium prę se, corque senile tulit.
Quin genitor talis, proavique tui ordine longo;
Accelerat fructus stirps bene culta suos.

Pręsule quis te nunc, Utinum, dolor angit ituro?
Cor ubi ne doleas, linquit eundo suum.
Si nescis Amor absentes quaque jungit Amantes,
Alter in alterius vivere corde solet.
Climate sive polo distet, nihil obstat amanti;
Fatalis remanet sola timenda quies.

In Doctoratu N. N.

Si qua tibi dilecta viret mi Laurus Apollo
Ne pigeat gracili texere serta manu.
His coma subcingi debet tot digna coronis,
Parnassi lauros quot juga montis habent.
Quin age, tolle moras, (mores ac tempora nosti,)
Dicent ni properes, invidet, inde mora est.

Super stemma ejusdem,

in quo nitor Aurorę in Campo viridi, atque cęlesti, et astra cadentia

Stirpis, cedo, tuę gestis lux consonat alma
Aurorę, viridis ceruleusque color.

Dissonat

Dissonat, Oceano stellas sed mergere crines;
Stemmatis hęc superest pars renovanda tibi.
A te lucis inocciduę vim Sidera discent,
Perpes erunt nostri splendor et illa Poli.

Admodum R.do Patri Joachimo Bononiensi
Capuccino Concionatori

Fit tua, dum Sacris exerces munera Rostris,
Concio deliciis mensa referta novis.
Hos habuit, quę de Cęlo pluit esca, sapores,
Agminaque incultis pavit Hebręa locis.
Quin tua Cęlestem pręstat facundia rorem,
Hęc cibus est animi, corporis ille fuit.

Super Concione vocata il Duello

Hostes cuique duos fuerit si vincere laudi,
Qui septem vicit gloria quanta manet?
Non mihi debetur, dices, vis tanta sed armis,
Quę rutilo Christi sparsa cruore madent.
Armis pręcipue deberi credo triumphum
Est tamen ingenio pars tribuenda tuo.

Super concione Sancti Joseph.

It Joseph Aquilę similis super ęthera scandens,
Notaque Divini lumina solis adit.
Innuit hoc Salomon. Aquilę reor ille sub umbra
Joseph nosse vias pręgrave sensit opus.
Nosse tamen Joseph celsas ac dicere laudes
Oris et ingenii dotibus ipse potes.

Admodum

Admodum Revd.^o Patri Augustino a Nursia Capuc.^o
De actione mirabili, et eleemosina in die
Concionis pro Defunctis.
Epigramma

Oris mirà tui raro vis contigit ulli,
Qua mulces aures, cor sine cęde feris
Vati Petra dedit, Virga sed percita fontem,
Mellifluo lachrymas elicis ipse sono.
Quin ubi purgandis suffragia manibus optas,
Prosilit ad nutus aurea lympha tuos.
Tunc regio splendet mortis, mirantibus Umbris,
Fit nigra lethęi fluminis unda Tagi.

In adventu novi Locumtenentis de mense 7bris — 1668. 2 7bris Petrus Fascarenus
Epigramma

Virginis in signo librę sed proximus astris
Oppida cum peteres Juliâ, Phoebus erat.
Auspicium nemo nôrat, te Palladis artes,
Juraque te nostris ducere sancta plagis.
Novit quisque, tuo dulcis dum copia mellis
Funditur ore, pari cunctaque lance regis.

Adm.^i R. P. N. Concionatori

Sic animos pietas, aures facundia mulcet,
Urbis ut auditum quilibet ordo volet.
Si sacer in tenebris Orator, ut Atticus olim,
Diceret, aut panno pulpita tecta forent.

Nemo

Nemo tuos juvenis mistos gravitate lepores,
Sed senis, et cani crederet esse viri.

Illmo ac Rmo D. Marco Ab. Delphino
in laurea Doctoratus

Delphica fert solitos Delphinis laurus honores,
Præsagitque novos nuncia certa gradus.
Infula post laurum cinget tibi, fata tuorum
Si spectes, tirio murice tincta comas.
Delphinos proceres Parnassi laurea primum,
Mox Vaticani purpura sacra colit;
Donec ibi Delphin fuerit, non æquore fluctus
Surgent, in placido Navis eritque Mari.

Muneris alta sui Patriæ vestigia linquens
Ad Venetos fasces Prætor iturus erat.
In campo coeunt equitum fulgentibus armis
Alæ, Spectatum plurima gensque volat.
Hospes ut impubis vidit Ducis ora nitere
Non sunt hæc, inquit, viribus apta puer.
Cui civis. genus hoc, si credis, Adonidis ora
A teneris annis, cordaque Martis habet.

In discessu

In discessu N. N. Prętoris
Epigramma

Romuleis, Utinum, similis vult esse triumphis,
Digna sit ut tanti nomine pompa Viri.
Cęsaris aut Magni vestigia tramite recto
Qui sequitur, latio debet honore coli.
Cernere gesta putas vario si picta colore,
Falleris, immensi cuncta laboris erunt;
Pingere sed nec opus, vultu quod cernere possis,
Ille animi vires, gesta satisque probat.

Adm.^{us} R. P. N. Concionatori

Mentoris in Statuam lucis Sol spicula jecit,
Vim sensit, rigidus solvit et ora lapis.
Prodigium nobis renovant tua fulgura linguę;
Marmora cum loqueris, cogis et ipsa loqui.
Sacris in confessa diu gens ędibus orat,
Suspirat gemino fonte rigatque genas.
Cedere victrices tibi laurus debet Apollo,
Ipse loqui lapides, et lacrymare facis.

Petro Fuscareno Locumtenenti Reinerii etiam Locumt.^{is} filio.
Epigramma

Si populi tua Petro librent, ac gesta Parentis,
Par meritis pondus cernitur, atque decus.

Ut

Ut geminum vos acce suum gens Julia Numen,
Et Venetę colit ut lumina bina togę.
Jam Patris interritu magnum Respublica damnum
Sensit, idem pariter sentiet illa tuo.

1671. 2 In Partu Uxoris Illmi atque Exmi Prętoris
Caroli Contareni

Contarene, tuus Venetis Hymeneus in oris
Si sterilis, Juli si sit in Urbe ferax,
Plus Aquilam viridis sublimi vertice montis, (Aquila est Stemma Familiæ.)
Litore quam uno nidificare juvat.
Nascitur aut soboles tibi fęlix Cęsaris Arce
Ne dubites ab ea ducere stirpe genus.

De Partu et de Teatro

Infęcunda forum tua cumpetit ales Juli,
Nescio quo fato concipit, atque parit.
Agnovit patrios nidos, juga collis aprici,
Cęsaris inque tuis inclita gesta sui.
Turpe sibi duxit solitos non edere partus,
Cum stupet insolitos Urbs, regioque tuos
Iphidis esse tuos dicam spectacula partus,
Parta quod inde tibi fama perennis erit

de Theatro

Plus Utinum, prisci meritis quam debet Juli,
Se debere tuis, inclite Pręses, ait.

Instruis

Instruis ipse bonis illud, pacisque Theatro
Artibus, ille prius cędibus Arce feris.
Aere ciet rauco populos ad pręlia Cęsar,
Tu melicis recreas cantibus atque sonis,
Hoc Regina maris Cives Urbs nectare pascit,
Hoc Superos nitido Jupiter axe suos.

In festo Sancti Petri de Alcantara

Ordinis sacri, Petre, splendor audi
Quas tibi promit Chorus iste laudes,
Et pio votis, precibusque nostris
Annue vultu.

Ortus Hispanis patrios in oris
Deseris muros viridi iuventa;
Claustra Francisci petis, atque Cella
Conderis arcta.

Membra ferratis laceras flagellis;
Asper in victu rigor est, et horres;
Ut nefas, somnos; homo non, sed umbra
Esse videris

Dona de Cęlo veniunt frequenter
Signa miratur Tagus, atque Tibris,
Totus hinc lętis Superumque fastis
Te locat orbis

A Deo nostris veniam precare
Lapsibus. Cives, populusque cordi
Sint tibi semper, Veneti tuere
Sceptra Senatus. Amen

in Natali

In Natali infantis D.ni Francisci de Valvasono.

Epigramma

Lætitiæ non una tibi, cum nascitur infans,
Caussa oritur multis germinat illa modis.
Lætari debes, generis quod prole recenti
Radices terris altius Arbor agit.
In puero surgit Patruus quod nomine gestis
Hyppolitus Patriæ, stirpis et orbis honor.
Lætari debes, Urbis quod quilibet ordo
Tam tibi quam natis omnia fausta cupit.

Aliud

Si sobolis, Francisce, tuæ vis noscere fata,
Natali præerat Julius, inde Leo.
Quanta putas belli manet illum gloria terris,
Alter cui Ducibus militet ipse suis?
Sed non pacis erit pulchris minor artibus Heros
Vera sit illustris cum tua forma togæ.

De Capitulo

Adm.a RR. PP. S.ti Francisci a Vinea
Habito Utini An. 1672

Rara quidem dulces adeo fert collibus uvas,
Ut pia Francisci Vinea, ferre solet.
Lætificat, nutritque simul liquor intima cordis,
Divini cyathos nectaris ille sapit.
Desinat Hesperidum fictis jam laudibus hortos
Pomiferumque tubis tollere fama nemus

Vinea

Vinea sit deinceps famę labor inclitus una;
Aurea fas uvis cędere mala bonis.
Adde, quod Hesperiis etiam fera prędet hortis;
Gentibus invisus. Dîs pariterque draco.
Insignes pietate Viros, studiisque decoris
Vinea custodes hęc habet, atque Deos.

Admodum R. P. Paulo Antonio Sormano
de Congregatione Somasca
Concionatori

Concio cum numeros habeat tua Muneris omnes
Cor tamen eloquii lactea vena rapit.
Non Romana tuo, non Attica dulcius hausit
Nectar, et obstupuit Curia tota magis.
Nec statuam Templis opus est ex marmore condi;
Ipse tibi statuas, quot cupis ore facis.

alter

Quod tuus humanę penetrat stylus abdita mentis
Destruit, ędificat, vulnerat atque sanat,
Invaluit pietas Italas bene culta per Urbes
Crevit et ingenii rumor ubique tui.
Audiit auratus sonitum Tagus audiit Indus,
Ister et in Lybico quę fluit unda mari.
Audiit et Divûm placido Rex annuit ore,
Audiit at Pluto, contremuitque simul.

Exmo

Exmo D. N. Cassiano Medico
Epigramma

Quis novus hic rigor est, Utini cur vota precesque
Negligis, an tuus hinc tam cito fugit amor?
Deposuit fasces non raro Consul, et Urbis
Mox studio subiit nobile rursus onus.
Nescio, quo fato, Virtus magis enitet absens:
Solari radio, cum tegit, umbra favet.

Principi Academię
Epigramma

Splendet odoriferis, vulgo Paradisus, in Indis
Ales, in astra cui sola volare libet.
Alitis exemplum sequitur nunc, indyte Princeps,
Ingenii vario penna colore tui.
Non nisi Linceis oculis invisere metas,
Quo tua te mentis sublevat ala, licet.
Iamque dies aderit, cum tu, velut alter Elias
Ales, eris nostris res nova, mira plagis.

De pluvia in ęstate anni 1674 et nimio post calore, aut ardore

Multiplices hominum luxus, maculasque perosus
Iupiter Oceanum tollit in astra mare.
Nocte dieque pluit, timor omnes occupat ingens,
Sons, insons palmis pectora męsta quatit.

Numinis

Numinis invadit pietas . . aurea Phoebi
    Aetere lux toto nubila densa fugat.
Impius ut vidit, letus vestigia torsit,
    Ad pravas regredi non dubitatque vias.
Tunc Superum Rector radiis solaribus orbem
    Incendit, siccat flumina, sic et ait.
Insanit si quis, pelagi quod fugerit iras
    Credit quod desint ignea tela Iovi.

Exmo D. Philippo Caimo Juris Consulto
Epigramma

Ingenii sic ala tui se tollit in altum,
    Ut metas acies cernere nulla queat.
Si quis, talis erat, dicet, Demosthenis olim
    Ala, tuę pretium non tamen omne capit.
Mercurius Coelo pręerat, cum nasceris, alto;
    Hic dedit ex alis munera rara suis

De copia imbrium in estate Anni 1674.
Epigramma

Effusis ęther populos si territat orbis
    Imbribus, haud mirum, caussa cuique patet.
Diluvio sordes hominis vult mergere Divûm
    Rector, ni lachrymis abluat ille prius.
Nulla tamen, dices, in terris conditur Arca,
    Vult igitur vasto cuncta abolere mari.

admodum

Admᵐ. R.P. Concionatori
Epigramma

Sunt, quibus, arte licet careat studiisque disertis
Concio, si clamat, si resonatque placet.
Vix aliis, etsi numeros ea continet omnes
Nec procul a summo distat honore placet;
His tua nunc, tamen, his inquam placet, hisque placere
Ardua, difficilis res fuit, est, et erit.

De Exmo D. N. Cassiano Medico
Epigramma

Qui Medici septem meruit stipendia lustris,
Civica sepe cui danda corona fuit,
Munere conspicuo invita se se abdicat Urbe,
Et curis animę cor, studiumque dicat.
Consilium si quis merita non laude coronet,
Divitias anima pluris, opesque facit.

De Exmis DD. Alexandro et Laurentio
De Languidis Medicis Utinensibus
Epigramma

Faustis an Medicos dederint hos Numina fatis
Urbi, qui dubitant, hęc sibi dicta putent.
Ingenio pręstant ambo, studiisque decoris,
Ore nitet roseo dulcis utrique lepor.
Corporis impendunt vigiles, animique labores
Non humiles tędet pauperis ire domos.

Diffugiunt

Diffugiunt morbi febres, ubi languidus adsit,
Tristis ab ęgroto corpore languor abit.
Nunc scio, quid sibi cognomen velit; insita docto
De morbis generi Dis, puto, cura fuit.
Longior huic foret, ac perpes, si fata tulissent,
Addita vita, sed hanc ęmula fama dabit.

Infrascripto Prętori Ioanni Throno

Ad summos Patrię fueris quod natus honores
Pręsagit miris, o Throne, stemma modis.
Adriaci meritis equas quod pondera sceptri
Laudibus innumeris munera gesta probant.
Ætas ni decet hos viridis, comaque aurea fasces,
Cęsaries monet, hoc Cęsaris esse caput.

Illmo atque Exmo D. Prętori H. Throno
in Incendio pii Hospitalis
Epigramma

Si nequit extingui nisi te pręsente, citoque
Imperii sentit vim Throne, flamma tui.
Apparet Superis pietas quam cara fit erga
Hos miseros populos, quam tua sceptra placent.
Ignem sin tulit ex Stygiis hunc Pluto cavernis
Vultus tolle tuos ob pia gesta timet.

Eidem

Eidem

Nox erat, ex alto clamat cum Nuncius ignis
Culmine, plebs una, Nobilitasque ruunt.
Irritus at labor est omnis, pręsentia donec
Pręsidis apparet, splendet et igne magis
Cur non par fuit in Priamo vis pectore vultu?
Diruta staret adhuc Troja, regente Throno.

Eidem

Vulcanus trepida noctu bacchatur in Urbe,
Nec populi flammas turba coercet aquis.
Accurrit Prętor, densis tunc abditur umbris
Magnanimi aspectu territus ille Viri.
Numinis ora sibi credit, reor, hostis adesse,
Ratis et ulcisci sanguine velle dolos.

Comiti Alphonso Antonino

Complures video lętos, quod filia nata
Sit tibi; lętari Musa negatque mihi.
Filius ast ubi nascetur, sub vitis opaca
Ducere stat totos fronde canenda dies
Nec mora si fiat, doleas, cum nascitur Heros,
Res solis rapidos mira retardat equos.
Naturę variant provida fata vices.

Comiti

Comiti Francisco Valerasono
de recuperata salute.
Epigramma

Urbis ne, Francisce, diu jam nota retardes,
Cui tua non minus est, quam sua cara salus.
Expetit amplexus omnis plebs, expetit una
Nobilitasque tuos; te fora, templa vocant.
Immemor ille tui est, gentis cui fama per orbem
Est invisa tuæ, gloria cuique tua est.

Illmo ac Rmo D. Co: Celso de Prampero
ad Vicariatum generalem Aquilejæ et Decanatum eodem fere tempore feliciter assumpto.

Non est cur dubitem tibi nunc quoque mittere nostras
Lactucas, magno munera parva Viro.
Mens nec enim tua sublimi mutatur honore
Celsus eras omni major et ante gradu.

N. Cornelio Generali Palmæ
Epigramma

Hos etiam lege, Corneli, quos inter olores,
Versiculos anser corde tremente dicat.
Qui timet, hic odisse solet, res mira videtur,
Uno si sit amor pectore, sitque timor
Soli Palma stupore novo tibi præstat utrumque;
Militis, ac Civis corda timent, et amant.

Nec

Nec levis hic honor est, bene si quis mente revolvit,
Certa fit hoc generis gloria prisca tui.
Romuleo timor esse tuos de sanguine cretos,
Cypria non dubio sceptraque signat amor.
Jam satis, et Cypri Venus, et Mars Numina Romę
Apparent stirpis fons, et origo tuę.

Jacobi Sabatini J. U. D.
Septemviratu, Statutis Urbis
Anniversario, pręclare gesto, scite
Reformatis, pie instituto,
An. M.D.LVII Defuncti,
Ac Lucię Bellonę ejus uxoris
Cineres
Franciscus inde oriundus,
Julię Bellonę Conjux,
Familię inter Nobiles
Bononię perhonorifico ejus
Civitatis decreto Redintegrator.
Decoravit an. MDCLXXV
Epitaphium
Catharina Danielis Antonini,
Nemausi Comitis, Conjux,
Manticis Clara Natalib., prole
Fęcunda, virtute fęcundior,

Singulari

Singulari in Deum pietate, mira
In pauperes liberalitate, prisca
Morum gravitate, ęternitatis
Memoria digna matrona obiit
Conjugis, familię, Urbis moerore
An. D. MDCLXXV. ętatis suę LIIII

N. D. Comiti Marco Antonio Caimo
De infirma Valetudine
Epigramma

Astris Parca tuo cunctis ubi sensit in ortu,
Fata tibi ęternos constituisse dies.
Cum Superis hoc questa diu in te fertur, et ęgris
Innocuum morbis corpus iniqua petit.
Aequivocum demens facit; est de nomine, laude,
Caime, tua ęternum quod statuere Dii.

In obitu Nobilium DD. Franciscę Maninę
Justinę Arrigonę et Catharinę Antoninę
Epigramma

Interiit Francisca brevi, Justinaque cursu
Temporis, in tumulo mox Catharina jacet.
Miratur subitos casus, et lumine terno
Urbs dolet orbari, damnaque luget inops
Quid mirum? pietate pares, meritisque vocari
Par erat in Coelum tempore, laude pari.

in Obitu

In obitu Comitisse Catharine Antonine
Epigramma

Collibus ut stricta moriens Lucretia ferro
Romuleis abiit, visus abire pudor.
Sidera dum scandit terris Catharina relictis,
Et pudor, et pietas, et decor omnis abit.
Una salus Urbi, vestigia tramite recto
Illius, et laudum tot monumenta sequi.

In ortu pueri Ill.mi D. Ioannis a Gurgo
Tetrastichon

Expectate veni puer, exi, nascere letus,
Dives agris tuus est, dives honore parens
Unus post alium veniat si prole frequenti,
Aureus sat poterit Gurgitis esse latex.

Admodum R. P. Concionatori
Epigramma

Est ales, regionis honor, Paradisus in Indis,
Qui petit alta, levi nec pede tangit humum.
Alitis exemplo nitidis attollitur astris
Ingenii vario penna colore tui.
Ingentes metit, haud mirum, si convis laudes,
Consultum Superos que solet ire Deos.

D. Thome

D. Thomę Fabricio Cancellario Emi atque Rmi
D.D. Card. Io: Delphini, in obitu filii
Canonici Utinensis

Filius in viridi si, Vir Clarissime, raptus
Quod sit, flore doles; perge, dolere licet.
Angelicis sin forte doles, quod moribus omnes
In se oculos traxit; cedat, eatque dolor.
Urbs doleat mirum quod, eo pereunte, pudoris
Exemplar, vere laudis imago perit.

Medicis Patri ac filio de Languidis
Epigramma

Artis honor Medicę, domus a languore vocata,
Languores omnes quod procul ipsa fugas,
Horti parva mei ne temnite munera, vobis.
Dum moror incertus, mittere suasit amor.
Nuncius interni verax est munus amoris,
Exiguis pretium rebus amore datur.
Candida, quę manus agrestis porrigit aris
Lilia, reddit amor munera cara Diis.

In lode

In lode degli occhi della sua D.

Innalzi pur chi vuole
Quegli occhi, ch'ama, a sua voglia, e piacere;
E io farò vedere
Ceder gran lunge a quei del mio bel sole.
S'egli dice, ch'abbatte
Il bianco lor di giogo alpin la neve,
Poco vale, che 'l lieve
Candor de' miei vince la via di latte.
Il trasparente giro
In cui si specchia, abbia Teti riposto;
Che Venere composto
Ha quello, ond'ardo, Cristallin Zaffiro.
Le vaghe pupilette
Chiami carbonchi ne le linfe algenti;
Io tra perle lucenti
Fiammeggiar vedo stelle in Cielo elette.
E s'a lui nomar lice
Stami d'oro imbrunito ambe le ciglia;
Natura a la sua figlia
De la chioma le fe di Berenice
L'aprir de' rai (se vero
Sia poi) somigli a matutini albori;
Ch'i miei spuntando fuori
Due soli spuntan sopra l'emisfero.

L'emulo

L'emulo mio le carte
Empia di finte lodi, io no'l ritiro;
Quegli occhi, ond'io sospiro
Son materia divina e divin arte.
Puri e tersi orizonti
De le sue luci sieno almo ricetto;
Ei de le mie per tetto
Vedrà d'Iride gli archi insieme gionti.

Paralello de gli occhi, e de la bocca in cui si lodano
gli occhi più della bocca.

Di bella bocca innanti
Stimai maggiori i pregi,
Or non so se più egregi
Sian de la bocca, o pur de l'occhio i vanti.
Quand'alma i suoi concetti
Più cupi vuol mostrare;
Vedesi questo fare
Da li sguardi, così come dai detti.
Anzi se menzognera
Ordisce frodi e inganni
Degli amadori ai danni
De l'occhio assai la bocca è men sincera.
Ma se pietà la move,
De le sue luci ai giri
Viè più che coi sospiri
Le dolcezze nei cori accesi piove.

E ver

E' ver che 'l dolce riso
Empie di gioja il seno
Ma de l'occhio un baleno
Tragge dal Cielo in terra il Paradiso.
Son messaggieri i baci
D'invigoriti affetti,
De' futuri diletti
Son gli sguardi ancor nuncii veraci.
Gode in mirar la mente
Le porporine Rose
Di belle labbra ascose
Ove le Grazie stanno a pien contente.
Ma più gode se i Numi
D'amor Venere e 'l figlio
Scorge sotto d'un ciglio
Temprar gli Strali al foco di due lumi.

Contraposto

Come quei, ch' in giardino
Di varj fior trapunto
Entra non sa in quel punto
Se 'l Giglio vuol, la Rosa, o 'l Gesolmino;
Così io mirando il volto
Di tal ch' adoro, ondeggio
Col pensiero, e mi aseggio
Da sua beltate in gravi dubbj involto.

Poco

Poco inanti la Palma
De le fattezze conte
L'occhio ebbe ingiurie ed onte
Da me la bocca altro or mi detta l'alma
Per gli occhi il cor risplende;
Ma come il Sol per rare
Nubi, ne tutto appare,
Come fa per la bocca, o a pien s'intende.
Sono mutoli Araldi
Gli occhi del core; intensi;
O lenti sieno i sensi
Può la bocca vidir gelati, o caldi.
E s'avvien che di fuore
Tallor finto il concetto
Rapporti ella; il difetto
Non è suo già, ma dell'astuto core.
Degli occhi i movimenti,
Se beltà impietosita
Altrui vuol dar aita,
Nulla son de la bocca? appo gli accenti.
Il Ciel da nubi aperto
L'occhio seren riduce,
Del ciel ancor adduce
Spesso riso gentil il bel concerto.
Se son sicuri Segni
De l'amorose paci
Talor gli sguardi, i baci
Le paci stesse son, anzi che pegni.

Temprar

Temprar ad Amor giova
Gli strali, ed alla Madre
Ne le luci leggiadre
Per saettar i cor rubelli a prova.
D'ambrosia i bei labretti
Giova sparger pur anche
Per ricrear le stanche
Menti de lor vassalli, e i lassi petti.

Spade, penne, penelli, (o con qual arte)
Di Guerrier, di Poeta, e di Pittore
Sangue, Inchiostro stillar vecchio, e colore,
Su l'armi, su le tele, e su le carte.
Pugna, scrive, depinge a parte a parte
Con arte, con ingegno, e con valore,
O vicende bellissime d'honore,
Apelle, Apollo alternamente e Morte.
La palma or chi di lor fia che riporti
Marin, Figino, o Carlo, o quel facondo
O quest'industre, o pur quell'altro forte.
Non so qual sia primiero, o qual secondo
So ben che fan di pari invidia a morte
Scorno all'ingiuria, e meraviglia al mondo.

Naso

Naso gigante presso a cui parebbe
Esser pigmea la torre di Babelle
Xerse sovra di te passato avrebbe
senza far altro ponte il varco d'Elle,
Le moli onde all'Egitto il vanto crebbe
Presso a l'altezza tua son bagatelle
Se ti drizzassi inverso il ciel potrebbe
In scoglio urtar la nave delle stelle
Quel che in Focide tanto erge la fronte
Perche somiglia te detto è Parnaso
Ov' han le sacre Dive il sacro fonte.
Se in te Tifeo vi s'incontrava a caso,
Lasciato avria d'imponer monte a monte
Che per Scalare il Ciel bastava un Naso.

Alla Santità di N. S. Papa Innocenzo X.mo

Si loda la Pace, e dopo quella d'Italia si spera
da la mano di sua Beatitudine l'universale d'Europa.

Ritoglietevi o Muse,
Che se deggion mai sempre esser sanguigni,
Volentier ve li rendo i vostri allori;
O come alti diffuse
Sacra oliva i suoi rami. Eccovi o Cigni
Eccovi in riva al Tebro ombre migliori;
A me le tempie onori
Fronda si bella, e lascierò contento
Tutti i boschi di Pindo in preda al vento.

E voi pure Colombe
Che tra le Marzial procelle oscure
Fosti d'un bel seren nuncie amorose;
Hor, che tacion le trombe
E che vostra mercè, dormon sicure
Ne' letti marital l'Ausonie spose,
Di Cetre ossequiose
Gradite i Carmi, e a la verace lode
Arrabiata l'invidia il cor si rode.

Dove il lucido ciglio
Torci mostro infernal?
Sì, che Giano serrò le ferree porte;
Inumano consiglio;
Il Dio de la pietà far Dio de l'Ira.

Irar

Trar da l'arbor di vita aste di morte?
Cangiar con empia sorte
Le Mitre in Elmi? ove fumar gl'incensi
Mandar tuonando al Ciel i Zolfi accensi.
Lungi barbaro orgoglio
Lungi dal Vatican: non manda Piero
La Pescatrice Navicella in corso;
Oggi in placido soglio
Regna Innocenza; e al vacillante impero
Indefessa virtù suppone il dorso
Desiato soccorso
Adorato conforto; e quando mai
Spiegò più belli il Sol d'Italia i rai?
Archi, eccelse memorie
Del Latino valor, che di sì spesse
E sì magnanime opre andate incisi
Ben sono inclite glorie
Espugnate Città, provincie oppresse,
Incatenati Re, popoli uccisi,
Ma quali archi improvvisi
Roma v'alza all'incontro, e chi v'incide?
Pianse il mondo per quei, per questi ride.
Le vittorie di Marte
Son teatri di Morte, e van del pari
I tumoli e i trofei, gli applausi e i pianti;
Là vedi d'ossa sparte

Jarri

Farsi canuti i campi, altrove i mari
Di sanguigne procelle irne spumanti;
Qui nuvoli rotanti
Di fumi e di faville orrido velo
Stender per l'aria, e funestar il Cielo.
Ma se vince la pace
Trionfa l'universo, allor profusa
La Copia in terra ogni suo ben diffonde
Col pastorel fugace
Torna il gregge smarrito, e non accusa
Il rio, ch' abbia di sangue infeste l'onde
Incurvansi feconde
Le spiche d'or, nè pel deserto solco
Digiuno sospirar s'ode il bifolco.
Per i salsi cristalli
Gravidi di tesor da lito a lito
Portan volanti abeti aure tranquille,
I concavi metalli
Onde tremò pur dianzi il Ciel stordito,
Dolci rimbomban trasformati in squille
Di Nabatee faville
Stridon gli altari, e con più degni esempli
Logora assiduo piè le soglie a' templi.
E ben opre son queste
D'un Vice Dio, d'un che le porte eterne
È di serrar e riaprir possente;

Ma

Ma de le tronche teste
Ristaura i rami, e delle valli inferne
Più si propaga ognor l'Idra crescente
Da l'alito nocente
Contaminato il Ciel d'Europa è tutto
D'ogni intorno il ricopre orrore e lutto.
A l'Iberia nemica
La Gallia insulta, e gl'inacessi gioghi
Indarno ci frapon l'ardua Pirene
Desolata è l'aprica
Spiaggia del Segro, e di continui roghi
Del lido Catalan fuman l'arene,
Ma ne più liete scene
Corre ad aprir sedizioso e vago
Di novo scettro il Lusitan sul Tago.
L'Ocean che rispinto
Da frequenti ripari il seno basso
De la fertile Olanda assedia in vano,
Di lunga strage tinto
Vede correr lo Scaldo, e da gran sasso
Vinto precipitarsi il Fato Ispano,
Mentre più di lontano
Accelerando il piè d'onda funesta
Orribili tributi il Ren gli appresta.
Ed oh di quai ruine
Là sotto il Ciel di spessa neve opaco

Stupido spettator fatto è Boote?
Rosseggiano le brine
Lungo il Tibisco, ove congiunto al Daco
Il Trace Arcier l'empie faretre ha vote
Fiamme Vandali e Gote
De' Boemici campi il gel disfarno,
E gonfj Albi e Danubio al mar sen varno.
Nè da sì vasta arsura
Bastano a preservar i liti Dani
L'amose Brume, e gl'invecchiati verni.
Farnetica congiura
L'Anglia in se stessa; aran gli ondosi piani
Roveri Calidoni, e pini Iberni
Macchian gli odj Fraterni
L'uno e l'altro elemento e da più bande
Si perda o vinca un sangue sol si spande.
In voi tutto il suo scampo
Fonda il Mondo fedel, nè 'l vostro Nume
A chi voti li porge unqua vien meno.
Quel pacifico lampo,
Ond'oggi Italia ride, è un previo lume
Del sospirato universal sereno
Dal Gangetico seno
Così prima, Signor, spunta l'aurora
Poi siegue il sol, che tutto il Cielo indora.

Candia invasa dal Turco

Già da spessa bipenne
Con suo stupor l'Amaro tronco impara
A metter l'ale, ed a volar per l'onde.
Da cangiati in antenne,
Gli abiti suoi di novo ai Venti, ed arra
Seco unito il Pangeo le vie profonde:
L'ampio Egeo si nasconde
Angusto a tanti legni, e l'aria vasta
A coprir tante vele appena basta.

Or dove, ed a quai liti
Porterà pregna di sanguigno nembo
La gran Luna Ottomana i suoi furori?
Provò degli Archi Sciti
Cipro la forza, e a Citerea nel grembo
Spirar svenati gl'Innocenti Amori;
Cesser gli alti stupori
Di Rodo illustre al Turco sdegno; e 'l Sole
Su le vedove basi anco si duole.

Tutto ciò che Nereo
Da le Pamfilie arene al varco angusto
Del Bosforo inquieto abbraccia e bagna,
Fu barbaro trofeo
Del fier tiranno, e sotto il giogo ingiusto
L'una e l'altra Anfitrite in van si lagna,
E che sola rimagna
Candia col nobil piè fuor di catena,
Me 'l dicono gli occhi, e loro il credo a pena.

O Nodrice

O Nodrice famosa
Del grand' Altitonante, o già di cento
Poderose Città Reina altera,
Qual aura tempestosa
De' lidi tuoi turba il tranquillo argento
Qual fosca nube il tuo bel Cielo annera?
Misera prigioniera
Tu pur n'andrai tra ceppi: e ferro Moro
Troncherà del tuo Crin l'aureo tesoro.
De' tuoi licor più eletti
Le mense tingeran, (che d'ogni legge
Sprezzante è la vittoria) i guerrier empi
Gl'ignari pargoletti
Tolti a Cristiani sen, tra immondo gregge,
Di falso culto imbeveran gli esempi;
E rapite da i Tempi
Indarno sputeran d'Egizii, e Traci
Le Cidonie Donzelle i sozzi baci.
Or va la chioma increspa
E le guanzie ti liscia, e 'l sen t'infiora
De l'Adriaco Mar donna superba
Già il tuo piede, ch'incespa,
Per cadente t'accusa; e 'n vita ancora
Per pena il Ciel, non per pietà ti serba.
Non ti turbar l'acerba,
Ma sana è la puntura, et io non spargo
Balsamo lusinghier su 'l tuo letargo.

Ben di

Ben di confusa voce
Odo incerti sussurri, e lamentarsi
Or d'Isacio, or d'Alessio ascolto il nome.
Su l'Abidenea foce
Sento Bisanzio altier cattivo starsi
E Grecia, e Siria ir soggiogate e dome,
E tue fur l'opre: or come
Si cangia vece, e per qual forza occulta
Al trionfante il trionfato insulta?
L'ozio de le grand'alme
Remora infausta, che l'imprese eccelse
Travia con lento piede, e pigri danni;
L'ozio de le tue Palme
Il fiore appassinò; l'ozio divelse
Sul più bel volo a la tua gloria i vanni;
Che non crebbe in tant'anni
Sì l'Arabo ladron nè cor, nè senno,
Sol le delicie tue migliore il fenno.
Taci Musa bugiarda
Taci, che già non è qual tel figuri,
Del Veneto valore il lume estinto:
Gira le luci, e guarda
Come del Mar Mirtoo si fanno oscuri
Di straggi i flutti, e come il suol n'è tinto.
Un angusto recinto
Contrasta a cento Regni; e quando ceda
Che più poteva oprar sola una spada?

Candia

Candia di voi, di voi
Tutta ben ha la battezzata terra,
O Monarchi d'Europa, onde dolersi:
Già gli Esperi, e gli Eoi,
E'l Borea e l'Austro in ostinata guerra
Miseramente ha il furor vostro immersi;
Di Civil sangue aspersi
Van monti e mari, e al cieco guado estremo
Stancan le morte ~~truppe~~ turbe il fatal remo.
Ma di pietoso acciaro
Qual di voi cerchia il crine, e per la fede
Ancora sarpa, o corridor insella?
Certo, che assai men chiaro
Or dal Gange spuntar il dì si vede
Che l'Alba è fatta al vero Sol rubella;
E l'amorosa stella
Di tramontar s'affretta or ch'importuna
Le porte d'Oriente apre la Luna. -
Sì si corrano gonfi
Di sanguigni diluvii, e l'Istro, e'l Reno
E da voi pace il Tigri abbia, e l'Oronte
De gli Assirii Trionfi
Stretto termine è l'Adria; anco il Tirreno
Fia ch'al barbaro piè chini la fronte
E nel Tebro e nel fonte
Virginale di Iridia arso dal corso
Turco Destrier venga a tuffar il morso.

Sopra

Sopra l'invasione dei Turchi nella Germania

Oda

al General Montecucoli

Per debellar la Terra
E rapir l'alme all'inimico Cielo,
I Turchi mostri vomitò l'inferno.
A così atroce guerra
Tremaro i poli, e con funesto velo
Coperse il chiaro Febo il carro eterno,
Solo al terror delle superbe fronti
Con le Cicladi andò schiavo l'Egeo,
Prigionier l'Eritreo
D'Affrica, e d'Asia andar tra ceppi i monti.
Mentre correa fecondo
Per l'Egitto il gran Nilo, il ricco piede
Gemendo pose in barbare catene;
L'Eufrate che dal Mondo
Romano fu la meta, agli empj diede
Libero il varco, e il giogo pur sostiene;
Il Gange che all'Aurora indorar suole
Il vago crine, l'oro alla superba
Orrida turba serba,
Onde pallida l'alba or guida il sole.
Del mondo sì gran parte
(Che il desio di regnar confin non trova)
Ai cor feroci par termine angusto,
Del lor Monarca è l'arte

Vista

Virtù chiamar ciò, ch'allo Scettro giova,
Sprezzar la legge, e calpestar il giusto
La gente rea quasi diluvio inonda
(Nè cura il franger fè) Gli Austriaci Regni,
L'Istro da i Turchi sdegni
Stupido mira fatta sangue l'onda.
Or che sarà? vuol forse
Fato inimico, che al crudel Tiranno
Dell'Oriente anco l'Ocaso serva?
Anco Arturo, anco l'Orse
La Luna adoreran? con fiero affanno
Andrà con l'Austria anco l'Italia serva?
Del bel Lazio vedrem dunque gli allori
A coronar le Turche fronti, e gli empi
A ber nel Tebro? e i Tempi
Aprirarsi di Roma a i riti Mori?
Ma qual raggio il mio petto
Illustra, e le caligini profonde
Della mia mente in un sol punto sgombra?
Come può aver ricetto
Lume celeste in cor uman, che asconde
La luce anco natia dentro a fosc'ombra?
Già ti sento, o gran Febo, e già comprendo
Del venturo gli arcani, e rotto il velo
Tenebroso, or del Cielo
Leggo i decreti, e l'alte leggi intendo.

Terribili

Terribili e superbe
Le Maometane Schiere atre procelle
Portar vedrem sovra i Pannonii campi.
Vedrem con stragi acerbe
Rocche espugnate, e da sanguigne stelle
Scenderan fieri influssi, e mesti lampi;
Turco destrier bagnar già veggio il morso
Sin nella Mura, che d'estinti piena
Freme con fiera pena
Urtando in loro, e torce a forza il corso.
Ma non sempre al furore
Amica è la vittoria, e la Fortuna
Cieca non è quando ha virtù per guida.
Sparge infausto splendore
Nel suo barbaro Ciel la Turca Luna,
Ma la ecclissa la Terra a Cristo fida,
Troveran gli empi al fin cipressi, dove
Speraron palme. È di Leopoldo il soglio,
Fermo qual rupe o scoglio,
E se ha l'Asia Giganti, ha l'austria Giove.
O tu Rab che fastoso
Nelle venture età n'andrai tra i fiumi,
Nè all'Indo, o al Tago invidierai la fama,
Tu, che Teatro ondoso
Sarai, dove di gloria eterni lumi
S'accenderan per chi sol gloria brama,

Tu, che divorerai le turbe immonde,
Mentre per celebrar l'Austriaco scettro
Debil suono ha il mio plettro,
Parla col mormorio, parla coll'onde.
Delle barbare schiere
Il dorso tuo sentirà il peso, e in vano
Ti adirerai nel sostenere il ponte,
Alle Turche bandiere
Specchio sarai. Del Tartaro inumano
In te s'imprimerà la torva fronte:
De gli Assirii strumenti il rauco suono
Proferirà vittoria, e le tue rive
Vedranno fuggitive
Le squadre pie dei Turchi bronzi al suono.
Ma la gloria guerriera
Tra le morti ha la vita, e tra i perigli
A volar, e a portar la Fama impara.
Ercole all'Idra altera
Troncò le teste, al Drago i fieri artigli,
E di Pluto domò la Reggia avara.
Fulminator fu de' Tiranni, e queste
Furon l'opre, che a lui donar gli altari,
E lo poser tra i chiari
Lumi del Ciel qual difensor celeste.
Sarà dei Traci nostri
L'Ercole domator Raimondo, in cui
Splendon con lume ugual l'ardire, e il senno.

Per

Per lui fia che si mostri,
Che la superbia il volo ha corto. A lui
Ceder gli antichi Eroi la gloria denno;
Insegnerà, che tutto doma il forte;
E allor che trionfanti, e vincitori
Saran gli Arabi e i Mori,
A mutar voto ei sforzerà la sorte.
Si vedranno le spade
Al folgorar del formidabil Duce
Tremar de' Turchi in mano, e cader gli archi,
Squarciate su le strade
Andran le sparse lune, e senza luce,
Saran d'armi, e di membra i campi carchi;
Il trionfante fiume a i corpi vasti
D'ira gonfio darà per tomba il seno;
Ma lo veggio sì pieno
Che non ha per coprirli onda, che basti.

Al Motto

Al molto Revd.o Padre Don Carlo Pietrasanta
Predicatore Eloquentissimo.
Oda

Che ad una in sen de le fanciulle Achive,
Stemprato il Cielo in liquido tesoro,
Giove scendesse in bella pioggia d'oro,
Un sogno fu de le vigilie Argive;
Ma favola non è che a Carlo in seno
Spanda sacro Mercurio i ricchi fiumi:
Ei sulle labbra ha il nettare de' Numi,
E d'un aureo Pattolo il petto ha pieno.
Nè mai così da l'alte cime alpine
Caddero in sen de le soggette valli
Per iscoscesi e dirupati calli
Le percosse dal sole ispide brine,
Com' ei dal sacro Rostro in noi difonde
Di Celeste facondia ampj torrenti,
Con cui scorrendo ad innondar le menti
Lascia d'alti sentieri orme profonde.
Profonde sì che ver gli ombrosi chiostri
Con istupor de la malvagia schiera
In compagnia dell'orrida Megera
Trovan la strada a rintanarsi i Mostri.
Itene pure a rituffarvi in Lete
Tartaree pesti, che ingombrate l'Etra
E a quel che sbocca da una Santa-Pietra
Golfo d'alta eloquenza omai cedete.

Di questa

Di questa Pietra il rinovato esempio
Al Gigante infernale oh quanto noce,
Fatto tra noi con la fulminea voce
Davide Carlo, e Terebinto il Tempio.

Ergete pur le temerarie fronti
E del biondo metallo il capo ornate,
E del più terso argento il petto armate
Nabucchi alteri trasformati i Monti;

Che ben dall'alto seggio, ove fa guerra
Carlo contro di voi staccarsi ammiro
Pietra che in breve incontrastabil giro
I simolacri alteri urta ed atterra.

Ella d'alto spavento i nostri petti
Fatti di sasso, ed infecondi scote,
Ma tanto piace più quanto percote
Spargendo tra le piaghe alti diletti;

Come colà l'Acroceraunie Rupi,
Aprendo il seno al fulmine cadente
Vi concepiscon poi tesoro ardente
Chiaro splendor degli orridi dirupi:

Soglion così per l'Indiche Maremme,
Quando de l'ire sue fa mostra il Polo
Da steril fondo, ed arenoso il suolo
Pompa di grata luce aprir le gemme.

E se talor, che l'orbe suo rotante
Cintia tutto non mostra, al biondo Nume,

Ricca

Ricca in forma di lingua ha per costume
Gemma cavar dal sen di nube errante.
D'Eterea fiamma o quante volte accesa
Core, ch'al vero sol non arde intero.
Seminando di gemme il bel sentiero,
Carlo con lingua, che dal Cielo apprese.
Se con Cinico morso alcun ti tocca,
Musa, non fia stupore, uso è de cani
Contro le pietre lor gittate, insani
Morsi arrotar da la mal cauta bocca.

Fine

Seguono tre componimenti latini stampati
in fogli volanti

De Perillustri atque Excmō D. Francisco Blancono
J. U. Doctore, et omni politioris disciplinę
genere Ornatissimo Viro

Epigramma

Clara domi antiquę stirpis documenta forisque
Urbs dedit, et Juli vidimus esse genus.
Heroes atavis similes tulit illa togatus
Seu tonet eloquio, sive triumphet eques.
Mecęnatis agit partes Blanconus, Alumnus
Pieridum, Clarii deliciumque Dei.
Ecce malum; arma forumque vigent, ast musica plectra
Spreta jacent. Helicon hoc pereunte peris.

Paridis Pironei

Typis Utini MDCXXXVI Superiorum permissu.

In obitu

In obitu Illustrissimi Comitis
Hippolyti de Valvasono
Equitis Melitensis, et pro Sereniss. Veneta Repub.
in Cretensi Insula Gubernatoris
Epigramma

Qui Patrię nomen longinquas vexit in oras
Belloque assuetus gloria Martis erat.
Qui Melites inter Proceres virtute verendus
Ibat, nec Thracis lentus adire rates,
Qui rite populos Veneta ditione regebat
Concidit, heu quantus Vir, Dominator, Eques.
Iuliades, Venetos, Melitam uno conficit ictu
Parca, simulque tuus sternitur, Orbis, Honor.

Paridis Pironei

Typis Utini MDCXXXVI Superiorum Permissu.

Admodum

Admodum R. P. Hieronymo Lyciensi
Cappuccino in Utinensi Civitate
omni politioris doctrinę genere Ornatissimo Concionatori.
Paris Pironeus
honoris, et observantię symbolum hocce impertit

Pro sacris quisquis rostris divina profatur
Verba, Deo Coelum teste vocandus erit.
Sive quod ille Dei sedes est, ętheris instar,
Plus aliis ęstro percitus atque pio.
Sive quod Orator fęcundat pectora verbo,
Ut solet ętherei guttula roris humum.
Hac omnino tibi cinguntur tempora laude,
Additur hęc meritis gloria rite tuis.
Numine Cęlesti nemo te plenior orat,
Iam lętos fructus concio nulla metit;
Quin age luce caret Coeli pars sępius, omnis
Nec plaga Sydereo lumine fitque ferax.
Ipse novis animum semper virtutibus ornas,
Quisque tuo durus frangitur ore silex.

Utini ex Typographia Nicolai Schiratti
1646 Superiorum permissu

Trascritto dall' autografo esistente presso gli Eredi del Conte Alfonso Belgrado, e diligentemente riscontrato

J. Pirona